MATERIA IVRIS ACCRESCENDI DIFFICILIMA, & in omnibus vltimis voluntatibus vtiliſsima & maxima quotidiana, in L. Re coniuncti, De leg. iii. ſummo ſtudio & diligentia tractata,

PER

BARTHOLOMÆVM ROMVLEVM
Florentinum, Iureconſultum clariſsimum, in Celeberrima Ingolſtadienſi Academia Legum Profeſſorem primarium.

Cum gratia & priuilegio Imperatorio.

Ingolſtadij ex Officina Alexandri Vveiſſenhorn. Anno M.D.LXVIII.

QVÆ TARDE CRESCVNT,



DIV DVRANT.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC Domino, D. MARTINO Epiſcopo Aichſtadienſi digniſsimo, omni officio ac pietate perpetuo ſibi colendo & obſeruando Domino, Bartholomæus Romuleus Florentinus Iureconſultus, S. P. D.

RECTE ME HERcule *& prudenter à maioribus noſtris excogitatum eſſe, & ab omnib. doctis uiris noſtra ætate merito obſeruari arbitror, ut qui ſcripta ſua non tantum ad eorum qui nunc ſunt, ſed etiam qui futuri ſunt, utilitatem in lucem edere uolunt, ea illuſtrium ac magnorum uirorum titulis inſigniant, atq; ita in publicum emittant. Sic Plinium hiſtoriam ſuam naturalem Tito, Plutarchum apophthegmata ſua Traiano, Lactantium Firmianum ſuos de falſa religione libros Conſtantino Imperatori inſcripſiſſe uidemus.*

Cuius tam antiquæ & laudabilis conſuetudinis multæ quidem rationes adferri poſſunt: duæ tamen inter reliquas præcipuæ mihi uidentur: una eſt, ut ij, qui, niſi quod ipſi faciunt, nihil recte factũ iudicant, uereantur quodammodo ea reprehendere, quæ uident magnos uiros probare, & ſuis etiam titulis non dedignari. Arbitror equidem non ſine quali Principis iniuria, id quod ſub illuſtri ipſius nomine in apertum refertur, poſſe uituperari. Altera ratio eſt, ut qui ampliſſimorum uirorum clementiam & liberalitatem, tum in ſeipſos, tum in honeſta ſtudia & diſciplinas experiuntur, eos hac ratione quaſi remunerentur, & ſe ab ingrati animi crimine tueantur. Neq; enim unquam aut Plutarchus Traiano, quondam diſcipulo ſuo, aut Oppianus Antonino Imperatori ſuas elucubrationes obtuliſſent, niſi ſciuiſſent uiri doctiſſimi, ſe hoc pacto ſuis Principib. optime & de ipſis, & de uniuerſa re literaria meritis poſſe quam honeſtiſſime gratificari. Me uero, Reuerendiſſime Princeps, ne inſtituti mei rationem non habere uidear, (quæ magna ſtultitiæ pars eſt) utra harum rationum magis permouerit, atq; in eam cogitationem adduxerit, ut hos meos qualeſcunq; labores ſub tui nominis ſplendore apparere uoluerim, per te facile dignoſcere poteris, ſi ſaltem pauliſper animum tuum ad ſpacium

præteriti

præteriti temporis reuocare uoles, & neceßitudinis, quæ mihi multis ab hinc annis cum ueſtra domo conſtituta eſt, memoriam recordari ultimam. Etſi enim multorum inuidia & reprehendendi malitioſa libido iuſtas cauſſas mihi adferre uidetur, ob quas ſolas Principi alicui uiro uigilias meas offerre deberem, ut ſub eius clarißimo nomine aliquid patrocinij nanciſcerentur: tamen ſuprema tua dignitas, tua tuorumq́ in me amoris uetuſtas, plurimorum beneficiorum magnitudo, clarißima generis nobilitas, deniq; admirabilis illa incredibilium uirtutum tuarum fama, ſolam huius conſilij mei cauſam ſuſtinent: hæc iam pridem animum meum ad iſtud officiorum genus prouocarunt. Primum enim ſi ad Illuſtrißimam tuam dignitatem me conuertam, in qua non tam fortunæ, tametſi eam primi nominis Philoſophi rerum humanarum dominam uocauerint, arbitrio, quam uirtutum tuarum ductu Deus Opt. Max. te collocauit, ea dignitas tua huiuſmodi eſt, ut omniũ laborum noſtrorum fructus à nobis Ingolſtadienſis Academiæ Profeſſorib. repetere prope iure tuo debeas. Præterquam enim quod latißimæ Eccleſiæ Aichſtadienſis gubernacula legitimo tramite, ſummi Pontificis auctoritate tibi commiſſa ſunt, ſimul etiam te Cancellarium ſuum noſtra agnoſcit Vniuerſitas, eoq; nomine præ reliquis

fere totius Germaniæ uniuerſitatib. ſe beatam æſtimat. Unde quemadmodũ nemini hic ullius honoris aut promotionis aditus, niſi tua auctoritate interueniente, patet: ſic nos quoq;, ſi tantum temporis ab ordinario profeſsionis labore nobis ſupereſt, quo aliquid, quantum ſuus cuiq; ingenij atq; induſtriæ modus permittit, dignum elaborare poſſemus, quod cum aliqua utilitatis ſpe foras emanet, id merito ſub tui nominis titulis publicare debemus. Et niſi ſingularem animi tui candorem, integritatemq;, quam non temere ad ſiniſtras ſuſpiciones deflecti ſcio, mihi exploratam haberem, uererer equidem ne tibi aut ingratus aut incogitans uiderer, qui, cum ſuperiorib. annis aliquot opuſcula prelo ſubiecerim, tanto tempore in hoc officij genere ceſſaui, ad quod tamen inter omnes germaniæ Principes tibi præcipue obligatus eram. Sed ſpero quidlibet potius, quam ingratitudinem diuturnæ moræ cauſſam ſuſtinuiſſe, te æſtimare, maxime ſi recorderis me annis ab hinc decem & ſeptem, cum primum animum ad ſcribendum applicarem, primitias laborum meorũ Reuerendiſs. D. Mauricio, Epiſcopo & præceſſori tuo, gratitudinis & debitæ reuerentiæ ergò obtuliſſe. Etenim cum ab omnibus uitijs, quib. hominum genus obnoxium eſt, me alienũ eſſe cupiam, tamen nihil eſt quod ita deteſtor, atq; ingratitudinem: ob quam

licet

licet leges noſtræ, quæ non niſi naturaliter ſaltem ad ἀντίδωρα quem obligant, actionem nõ dederint, ne, quemadmodum alibi Seneca hac de re loquitur, ſi contra ingratum agere liceret, huic ſoli actioni omnia iudicia nõ eſſent ſuffectura: tamen quod quidẽ ad me attinet, cauſſam non dicerem, quin ſi ijs, qui me ſuis beneficijs ornarunt, grati hominis officiũ unquam declinauerim, Perſico more cõtra me experiantur. Perſas enim in ingratos iudicia conſtituiſſe, Xenophon in uita Cyri teſtatur: ob quod grauiſsimorum ſcriptorum laudes merentur, cum ingrati animi uitium nõ ſolum maximum, uerum etiam omnium uitiorum matrem eſſe uideamus: quod non ſolum ſuo auctori damnoſum eſt, uerum etiam probis & bonis. Solent enim ij, qui quorundã animos ingratos experiuntur, etiam ſuam in alios liberalitatẽ claudere, & ad bene merendũ effici tardiores. Quare, Illuſt: Princeps, uelim hoc tibi habeas perſuaſiſsimũ, me non ſolũ ob Cancellariatus eminentiam, te cũ reliquis collegis meis grato animo ſuſpicere & uenerari, uerum etiã ob priuatum amorẽ & beneuolentiã, qua me toto eo tempore quo in Germania ſum, humaniſsime cõplecteris, nominis tui memoriã nunq̃ depoſiturũ. Sæpe. n. iucundiſsima illius diei recordatione fruor, quo me extraneum, et ne de nomine quidem ulli in Germania notum, prædefunctus

patruus

patruuſq; tuus, Canonicus Eccleſiæ Aichſtadienſis, uir omni uirtutũ genere ornatiſsimus, non modo liberali hoſpitio accepit, uerum etiã honore, dignitate, & gratia, non ſecus quam intimum ſuum amicũ tractauit. Pro quo officio, uel pietate potius, etiamſi clariſsimo uiro et habeam & agam gratias, tamen ideo me etiamnũm manibus eius plurimum debere agnoſco, quod ipſe hac occaſione mihi primus amicitiæ & familiaritatis, cum tua Reuerendiſsima dominatione contrahendæ auctor extitit, quæ etiam tum in illa ætate propter ſingularem modeſtiam, prudentiam eximiam, incredibilem uitæ & morum probitatem, omnibus certam quodammodo ſupremæ dignitatis ſpem afferebat. Et me non ſemel patruum tuum, quẽ ut illius merita poſtulant, honoris gratia libenter nomino, in illam ſpem erigere memini, non multo poſt tempore uiſum iri, ut celeberrima & antiquiſsima generis ueſtri nobilitas per tuos honores auctior atq; illuſtrior ad poſteros tranſmittatur. Neq; enim parum lucis, quantumuis per ſe claris familijs adijcere æſtimandum eſt, ſi in ijs reperiantur, qui Epiſcopales honores geſſerũt. Neq; ſane euentus rerum, illam quam dixi bonorum omnium exſpectationẽ inanem, aut meum de te augurium falſum declarauit, cum nuperrime uacante Epiſcopali ſede, admirabili omniũ ordinum con-

ſenſu

ſenſu tu Epiſcopus declaratus ſis: quæ electio non ſolum uicinis Principibus grata, uerum etiam omnib. qui iſtius Eccleſiæ iuriſdictioni parent, maxime ſalutaris fuit. In qua cum reliquos noſtræ Vniuerſitatis Profeſſores omnes & ſingulos, tum me præſertim, non ſolũ uti Cancellarius noſter, ſed etiam ut ſingularis Patronus beneficijs plurimis cumulaſti: Pro quibus ſi tantas gratias tibi non egero, quantas debeo, quæſo obteſtorq́ ne meæ naturæ potius, quam magnitudini tuorum beneficiorum id tribuendum eſſe putes. Non enim in me tanta aut ingenij ubertas aut orationis copia eſt, ut poſsim tua in me promerita, non dicam oratione complecti, ſed percenſere numerando. Nunquã enim aut ego Aichſtadium, aut tua Reuerendiſsima Dominatio Ingolſtadium acceſsit, quin me non ſolum benigniſsime appellauerit, uerum etiam nouis beneficijs ſibi obligauerit: Quibus ego quidem non uideor unquã reſpondere poſſe, niſi tu forte ita cenſurus es, ut me referre gratiam putes, ſi uoluntatem, quæ mihi ſola ad remunerandum ſuppetit, huiuſmodi exiguis munuſculis declarem, & innumerabiles præclaraſq́ animi tui dotes ac uirtutes prope diuinas, quibus cæteris tui ordinis hominibus longe antecellis, non ſolum dum anima ſpirabo mea prædicem atq́ extollam, ſed etiam (ſi quid mea ſcripta poſſunt) omni poſte-

ritati admirandas relinquam. In quibus non amplificandís, ſed ſaltem enumerandis, dum quantum huius loci ac temporis fuerit, paulo uerboſior ero, nequaquam uereor, ne aſſentatiuncula quadam tuam gratiam uidear aucupari: neq; enim tu is es, qui, qui ſis neſcias, & qui non eos magis qui te non admirentur, inuidos, quam eos, qui laudent, aſſentatores arbitrére. Quamquam autē uirtutum tuarum fama tam illuſtris eſt, ut etiamſi nullæ litteræ extarent, nihilominus ipſa ſe à mortalitate ſit uindicatura: recte tamen atq; ordine me facturum putaui, ſi uitam tuam religionis, pietatis, caſtitatis, iuſtitiæ & prudentiæ ueluti exemplum omnibus ubiq; locorum hominibus proponam, ut ij, qui in uera religione uita & moribus diſſolutiores ſunt, habeant quod imitentur: alij uero, qui degeneres à Catholica Eccleſia in notandís Eccleſiaſticorum uitijs ſummam religionis ſuæ ponunt, quod ipſorum amentiam, & calumniandi libidinem coerceat & compeſcat. Nam ſi ad iuuenilem ætatem tuam reſpiciamus, ea licet in pleriſq; ob naturæ feruentioris ſtimulos ad uitia propenſior eſſe ſolet, à te tamen ita traducta eſt, ut nihil in ea admiſſum eſſe conſtet, quod aut nobiliſsimi generis tui antiquitate, qua nemo facile in his Germaniæ partibus tecum contendat, aut ſupremæ in Gatholica noſtra religione functionis auctoritate

tate

tate indignum indicari poſsit. Etenim ut primum ex pueris exceſsiſti, atq; ijs artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet, bene imbutus fuiſti, ſtatim ad uniuerſale ſtudium te contuliſti, maxime Ingolſtadium, celebrem ſemper urbem & copioſam, atq; eruditiſsimis hominibus, liberaliſsimisq; ſtudijs affluentem, ubi non tantum temperantia & uitæ innocentia, ſed etiam ingenij gloria te celeriter omnibus antecellere contigit: Poſt alias non ſolum Germaniæ, ſed etiam Italiæ Academias ita perluſtraſti, ut omnium Facultatum Profeſſoribus maximum deſiderium, ſtudioſis omnibus laudabilem tui memoriam reliqueris. Deniq; ubi tantum in optimis artibus atq; ſcientijs profeciſti, quantum ad eam Prouinciam, quam diuina prouidentia, parentum atq; amicorum tuorum conſilio ſuſcepiſti, ſatis erat, Aichſtadium ad Canonicatus poſſeſsionem acceſsiſti, ubi ſic aduentus tuus celebrabatur, ut famam uirtutum tuarum exſpectatio tui, exſpectationem aduentus tuus admiratioq; ſuperaret. Erat tum Eccleſia ueſtra multis & pietate & uitæ ſanctimonia conſpicuis uiris ornatiſsima, qui omnes te cognitione atq; hoſpitio ſuo dignum iudicarunt. Verum cum illo tempore ſupra memoratus patruus tuus auctoritate, morumq; integritate in Aichſtadienſi

Eccleſia non poſtremum locum obtineret, facile accidit ut in illius domum admittereris: in qua tanquam in officina aliqua uirtutum ita iuuentus tua optimi et probatiſsimi ſenis prudentia eſt conſtituta, ita pietatis exemplis formata, ita in labore patientiaq́; diuinarum actionum exercita, ut quæ tibi natura ad bene beateq́; uiuendum principia infudit, ars excoluit, ibi apud patruum tuum exercitatione perfeceris. Hic enim ſi quanta diligentia toto eo tempore, quo iſthic Canonicus fuiſti, officij tui partes ſuſtinueris, quanta intentione rebus diuinis uacaueris, accuratius enumerare uelim, dies me potius, quam ſcribendi materia deficeret. Ita enim pietatis ſtudio te deditum fuiſſe, omnes teſtantur, ut ab illis nullo unquam te tempore aut commodum aut otium tuum abſtraxerit, aut uoluptas auocarit, aut deniq́; ſomnus retardarit. Quare merito laudatur eorum iudicium, qui poſt obitum Reuerendiſsimi atq́; Illuſtriſsimi Principis Eberardi præceſſoris tui, iſtius Epiſcopatus adminiſtrationem magno cum conſenſu tibi conferendam eſſe putarunt. Viderunt nimirum uiri prudentiſsimi, penes quos eligendi poteſtas fuit, et ſpiritu Dei edocti ſunt, cum aliâs ſemper, tum maxime in hoc uitioſiſsimo Germaniæ ſtatu, ad huiuſmodi dignitatis in Chriſtiana Repub: faſtigia, non niſi auctoritate graues,

prudentia

prudentia inſignes, pietate conſpicuos, & deniq; præclariſsimis quibuſq; uirtutibus uiros cumulatos aſſumendos eſſe: ut ſi quid eorum mores, qui patrum noſtrorum memoria Eccleſiam Chriſti rexerunt, damni dederint; eorum uirtute atq; induſtria, qui nunc ad eiuſdem gubernationem uocantur, reſarciatur. In quam curam quam feliciter tu hactenus incubueris, atq; etiamnum incumbas quotidie, ſi non celebrarem, maleuolus potius, quam ſi celebrarem, aſſentator eſſem exiſtimandus. Nam ſi ſtudium pietatis (quod primũ boni Epiſcopi decus ſtatuo) conſideremus, id in te eiuſmodi eſt, ut quantum reliquis Eccleſiaſticis perſonis dignitate, opibus & potentia præſtas, tantum ijs omnibus pietate antecellas. Etſi enim uobis Principibus ob uarietatem tam politicorum quam Eccleſiaſticorum negotiorum animi diuerſis curis diſtrahuntur, ita ut ſæpenumero rebus diuinis, etiamſi uelitis, uacare non poſſe uideamini: te tamen neq; grauitas neq; multitudo occupationum, quibus hac calamitoſiſsima tempeſtate tantum non obruuntur Principes, in preces facit ceſſare, ſed diligentiſsime etiam non ſolum ſacris intereſſe, uerum ea quoq; te ipſum peragere excitat. Procul dubio enim illud D. Pauli dictum ſemper ob oculos tibi uerſatur, qui pietatem omnis boni quaſi fontẽ conſtituit, dum ait, eam ad omnia utilem

 eſſe:

eſſe: habere enim promiſsionem uitæ præſentis & futuræ: Itemq́; illud factũ Moſis Prophetæ, qui, referentibus ſacris Biblijs, atq́; etiam D. Chryſoſtomo in oratione de precando Deum, donec ſublatis in cœlum manibus Deo ſupplicabat, populus Iſraëliticus ſuperior erat in pugna cõtra hoſtem: Moſe uero ceſſante precari, inferior. Hæc, inquã, et ſimilia illuſtria in ſacra ſcriptura dicta et exempla, nemo dubitat, quin te nõ uulgariter diuinos libros edoctum, tantũ ad precandi ſtudium incitent atq́; inflamment, ut merito omnib. pietatis exemplum proponendus eſſe uidearis. Quid ego uitæ tuæ modeſtiam et ſanctimoniã commemorẽ? Ea enim ut à teneris, quod aiũt, unguiculis omnib. admirationi fuit: ita iſtius Epiſcopalis honoris acceſsione non modo nihil eſt immutata, uerum etiã mirum in modũ aucta atq́; amplificata. Itaq́; etiamſi prius illa fuerit celeberrima, nunc tamen longe celebrior oĩm ſermonib. uſurpatur. Quemadmodũ enim, ut Poëta dixit, Omne animi uitium, tanto cõſpectius in ſe Crimẽ habet, quanto maior, qui peccat, habetur: ſic uirtutes quoq́;, quo maior eſt is, qui eas exercet, eo illuſtriores reddũtur. Huc etiã accedit illud, quod non minimũ laudis cumulum tibi adfert, quod cum ferè oĩm Principũ aulæ intemperantiæ atq́; incõtinentiæ nomine male audire ſoleãt, tu tuã ita inſtituas, ut me-

liore

liore iure continentiæ ac ſobrietatis ſchola, quã aula dici poſſit. Quod certe nemini mirum uideri poteſt, qui te uerùm eſſe caſtitatis magiſtrum, et corporis uoluptates oẽs tanquam toxicum uitare nõ ignorat. Videmus enim populum libenter Principis ſui mores exprimere atq; imitari. Vt igitur, teſte Cicerone, cupiditatib. principum & uitijs infici ciuitas ſolet: ſic emendari et corrigi continentia. Porro ſi tua in rem litterariam merita, & amorẽ ergo uiros doctos intueamur, hic quoq; partibus omnib. es eximius. Dedit hoc tibi natura ut benigne facere omnibus uelis: fortuna, ut poſſis: doctrina, ut ad eos iuuandos & ornandos, qui ſe illis artibus, in quibus ipſe excellis, dedidere, ſtudium tuum libenter conferas. Hæc in cæteris laudibus quæ tibi cum ab alijs permultis, tum à litteratorum natione potiſſimum contribuuntur familiam ducit. Non ſolum enim tua liberalitate & munificentia multi, quos ingenio præſtantes paupertas affligit atq; emergere non patitur, hic atq; in alijs Vniuerſitatibus ſuſtentantur, uerum etiam in ipſa Aichſtadienſi ciuitate magnis impenſis homines litteratos alis, & ſtudia ſummo fauore tuo exornas, adeo ut inde artium ac linguarum cognitione egregiè inſtructi Adoleſcentes ad quaſcunq; facultates apti atq; idonei emittantur. Commemoratur

in hiſtorijs

in hiſtorijs, & ſummis laudibus extolluntur multorum Principum erga rem literariam merita, inter quos primo loco numeratur Traianus Imperator, qui ob diuinas ſuas uirtutes Senatus decreto Optimus cognominatus eſt, quod inter alias Bibliothecas multas, inſignem illam de gentilitio ſuo nomine Vlpiam uocatam inſtruxit: Celebratur item aliorum Principum in uiros doctos benignitas, ut Dionyſij in Platonem, Philippi in Theopompum, Antonini in Oppianum: quorum hic cum Oppiano pro ſingulis uerſibus aureum numeraret, euenit, ut ipſius carmina aurea appellarentur: At tanto ſplendidior eſt tua in nos beneficentia, tanto illuſtriora erga bonas artes merita, quanto ijs, qui talia geſſerunt, ſuperior es, & eximijs dotibus ornatior: nos ijs qui acceperunt, rebus omnibus inferiores. Deniq; ſi uerum eſt, quod ille inquit, Principibus placuiſſe uiris non ultima laus eſt, hinc quoq; non parum laudis ad te redundat, quod cum alijs omnibus, tum præcipue Illuſtriſsimo et potentiſsimo utriuſq; Bauariæ Duci Alberto, Principi ac Domino noſtro clementiſsimo chariſsimus es, quippe qui tanti æſtimat uerſari tecũ, quanti cum alio nullo. Amat enim, & mirifice delectatur ſpectata illa tua uirtute, quam Dux ille Catholicæ religionis fractæ ac debilitatæ in Germania reſtaurandæ ſtudioſiſsimus,

ſtudioſiſsimus, uidet ad corruptum noſtri temporis ſtatum emendandum, plurimũ momenti adferre. Atqui optandum ſane eſſet, ut omnes Eccleſiarum Germaniæ antiſtites ſimili pietatis cultu, religionis amore, innocentia uitæ, morum integritate, caſtitatis obſeruantia, temperantiæ ſtudio, & deniq; etiam eruditionis excellentia prælucerent. Sic enim futurũ eſſe nemo dubitat, quin tandem aliquando Chriſtus Opt. Max. quaſi dormiens in nauicula Petri, uectorum precibus excitatus, eam ſeruauerit, atq; unico uerbo horribiles iſtas procellas, quibus tanto tempore miſere concutitur, & tantum non diſſoluitur, ſedauerit, atq; in tutum portum reduxerit. Hactenus Reuerendiſsime Princeps, breuius quidem quam laudum tuarum amplitudo, fortaſſe tamen uerboſius, quam huius loci & temporis ratio poſtulare uidetur, arbitror me oſtendiſſe, quare tibi præ omnibus alijs Germaniæ Principibus iſti quanti quanti labores mei inſcribi debuerunt: Reſtat ut demonſtrem, nec dedecere iſtud munuſculum Reuerendiſsimam tuam dominationem: Quod ubi tribus, quod aiunt, uerbis effecero, finem ſcribendi faciam. In muneribus enim non ſolum cui: uerum etiam quid donemus, monet I. C. nos conſiderare. Quamobrem ea quæ ex medijs Iuriſprudentiæ fontibus depromuntur, optimè quoq; Eccleſia-

ſticis Principibus conuenire, uel hinc ſatis liquet, quod ipſi non ſolum Eccleſiaſticæ, ſed etiã ciuilis iuſtitiæ uindices atq; aſſertores conſtituti ſunt, & latiſsime ſuæ iuriſdictionis fines extendunt, ut quodammodo in ipſis non minus, quam in ſecularibus Principib. æqui et boni exacta quædam cognitio requiratur. Atq; hinc eſt, quod non ſolum Cardinales atq; Epiſcopos, uerum etiã ipſos ſummos Pontifices Iuriſprudentiam non ſegniter excoluiſſe, memoriæ proditum eſt. Nam ut taceã Cardinalem noſtrum Florentinum, ne dicam Abbatẽ Panormitanum, uiros in utroq; Iure doctiſsimos, tanta fuit cũ aliorum Pontificum complurium, tum Innocentij in iure non ſolum Canonico, ſed etiam ciuili eruditio, ut etiamſi nunquam ad ſupremam Apoſtolicæ ſedis dignitatem aſcendiſſet: tamen cũ Bartolis, Baldis, Salicetis, Decijs, alijſq; Romani Iuris luminibus, non cum uitæ tempore commemorationem nominis ſui dimiſſurus fuiſſet, ſed cum omni poſteritate eam adæquaturus. Et ſi Nicolaum Quintum, & Euſebium Pontifices, antea profeſsione Medicos, non puduit ſtudium atq; induſtriam in eo genere diſciplinæ collocare, cur Iuris ſcientiam, hoc eſt, æqui et boni artem à primi ordinis uiris in Eccleſiaſtica functione alienam eſſe exiſtimemus? Poſtremo ipſa materia iuris accreſcendi, quam tibi offero, huiuſmodi

eſt,

eſt, ut non niſi Eccleſiaſticæ perſonæ inſcribenda eſſe uideatur. Ea enim inter teſtamentarias cauſſas, quarum executio religioſiſſimis Epiſcopis ueterum Imperatorum conſtitutionibus mandata eſt, ſiue eius dignitatem, ſiue uſum quotidianum reſpicias, non poſtremas ferre merito exiſtimatur. Quare, Reuerendiſſ: Princeps, uehementer te rogo, ut iſtud munuſculũ, quantulumcunq; id eſt, quod ſane exiguum eſt, tanq; amoris & obſeruantiæ meæ erga te, indicium atq; argumentum libenter accipere, & Illuſtriſſimi nominis tui ſplendore à maleuolorum calumnia defendere digneris. Quodſi feceris, ut de incredibili tua humanitate mihi polliceor, efficies, non ſolum ut ego laboris mei fructum uberrimum me conſecutum putauero, uerum etiam ut in poſterum alacrius ſcripta mea ad publicam utilitatem cum poſteritate ſim communicaturus. Precor autem, (nam hoc quaſi coronidis loco reſtat) ut una cũ iſto accreſcendi Iure, gratia & benignitas diuinitus tibi cumulatiſſime accreſcat, qua cum de uniuerſa iſta Dioceſi, tum de noſtra Schola ad diuini nominis gloriam, & ad Reipub. tuæ utilitatem, ita, ut hactenus feciſti, quam diutiſſime bene merearis. Vale. Ingolſtadij XIII. Calend. Decemb. Anno ſalutis humanæ, M.D.LXVIII.

Proſopopœia D. Bartholomæi Romulei Florentini, I. C. excellentiſsimi, à Ioanne Geilenkirchen Iuliacenſi, in honorem Domini & Præceptoris ſui facta.

EXercent uarias mortalia pectora curas,
Et ſibi dilectum quiſq; laborat opus.
Hic amat ut fuluo domus ampla renideat auro,
Occupet & candens omne lacunar ebur.
Ille triumphalis ſtudioſus honoris, in hoſtem
Arma capit, galeæ mole premente caput.
Terribiles alius faſces, rigidaſq; ſecures
Ambit, & in rauco dicere iura foro.
Maxima pars auri decepta cupidine, Cræſi
Miratur ſtolido corde potentis opes.
At mihi ſola placent uenerati munera Phœbi,
Sola ſit ingenij uena benigna mihi.
Sola mihi exornent uiridanti tempora lauro
Pierides: ultra nil ego poſco Iouem.
Nec maiora potens tribuat mihi dona patronus:
Nam ſatis hac una dote beatus ero.
Vita fugax hominum eſt: uelut unda impellitur unda:
Sic feſtina dies trudit agitq; diem.
Nec uelut intereunt lunæ, redeuntq; uiciſsim:
Sic etiam nobis uita nouata redit.

Tu

Tu tibi longinqua Graiûm regione receſſis
Marmoribus celſas pone ſuperbe domos.
Tu quoq; gloriolæ ſtimulis agitate caducæ,
Imprudens auræ ſis popularis amans.
Te iuuet extremos pelago ſcrutarier Indos,
Tu ſtudeas grati condere ruris opes.
Non mihi diuitiæ cordi, funuſq; ſub ipſum
Illecebras cæco mentis amore ſequi.
Aequa fuit tellus Iro Cræſoq; recluſa,
Nullum auro Stygijs Pluto reuexit aquis.
Tantaleos cohibent Cocytia ſtagna ſuperbos,
Pœnaq; Salmonei non moritura coquit.
Vnicus iſte mihi labor eſt, hæc una uoluptas,
Auſonij multos iura docere fori.
Iura quibus gentes tranquilla pace regantur,
Vrbibus amiſſus reſtituatur honos.
Scilicet hoc propter uitales haurio flatus,
Hæc ſola obuenit Sparta tuenda mihi.
Quod ſi poſteritas grates mihi ſera reponat,
Nomen & à tenebris uindicet uſq; meum,
Inuidiaq; omni maiorem aſſignet honorem,
Concedens doctos inter habere locum:
Vtilis exemplo multis uixiſſe putabor,
Lætus & optata meſſe laboris ero.

CARMEN OTTONIS REINholdi Somerodenſis, F.

QVid Romam, quid iam doctas laudamus Athenas?
Quid Veteres, Poetum, memoramus, Sulpitiumq́ue?
Neſcio maiorem tulit an Germania noſtro
ROMVLEO, ſimilemq́ue ferent an ſæcla futura
Ambigo, qui legalis apex, & dogmate certus
Omni eſt, lux patriæ, nec non pietatis amator,
Iuſtitiæq́ue ſacræ clypeus, baculusq́ue reorum.
Qui Iuuenis, multoq́ue etiam Venerabilis æuo
Edocuit, ſuperauit eum nec pœna laboris
Scribendo, pariter Iuris nucleando tenebras.
Cunctis Europæ ſtudijs ſua lectio fulſit
Publica, Danubius gelidus, Tybrisq́ue fatentur,
Ingenio quantum ualeat ſine compare Doctor,
Præceptoris iter Decij legale ſecutus.
Hoc etiam docti teſtantur ritè libelli,
Quos noſtri autoris cura indefeſſa, laborq́ue
Congeſsit, ſuperas & lucis miſit in auras.
En accreſcendi, tibi nunc ſtudioſa Iuuentus,
Materiam Iuris, qua non ſpinoſior ulla eſt,
Dedicat, accipias quam ſemper pectore grato,

Omnia

Omnia Priſcarum permagna uolumina Legum,
Reſponſis errant dubijs, pelagoq; feruntur
Huc illuc uaſto, quò maxima turba ſtudentum
Impellitq;, rapitq; ruens, & gurgite uaſto,
Impuraq; humeros alternans obruit alga.
At uero undiuagum latè diſtracta per æquor,
Doctus iter, dubiamq; uiam, Syrteſq; reductas,
Et maris immenſi fauces, rupeſq; latentes, (pago,
ROMVLEVS, quem Romulidū præclara pro-
Aeternum patriæ decus edidit, abdita rerum,
Vndarum ex tenebris ſummis, atq; æquoris imò,
Luminis in claras nunc tandem ſuſtulit auras,
Atq; nitere facit, nodos diuellere monſtrans. (lus
Hincq; ſibi hoc gaudet tali FLORENTIA tel-
Cōciue, exultat COSMVS DVX, Gallia læto
Hunc uultu aſpiciet, nec non Germania cuncta.
Vocibus hinc totus magnis implebitur orbis,
Famaq; in æternum hunc nunq̃ moritura ſequetur.

LAVS DEO.

Carmen

CARMEN GRATVLATORIVM,

In Clariſsimi ac Doctiſsimi Domini Bartholomæi Romulei, I. V. D. & Profeſſeſſoris ordinarij, vtiliſsimum tractatum iuris Accreſcendi,

Scriptum à Georgio Sigerſreytero Strubingenſi, diſcipulo & auditore chariſsimo.

COmmendat diuina ſacri ſapientia iuris
Ingenio multos nobiliore uiros:
Inter quos etiam tu Florentine reluces,
Eminet ut reliquas Heſperus ante faces:
Eſt tua laus adeo totum diffuſa per orbem,
Vt certè nunquam clarior eſſe queat.
Auſonijs Decius fuerat laudatus in oris,
Diſcipulus longo tempore cuius eras.
Hic auditorem, noſtro ſi uiueret æuo,
Præberet facilem ſe tibi, docte ſenex.
In tantum Themidis cultum tibi munere pectus,
Ingenij tantus ſplendor, honoſq; tui.
Qui Pandectarum ſacrata uolumina iuris,
Tam mira doceas dexteritate tuos.
Mæandros legum ſinuoſos ſoluere monſtras
Subtili methodo, perſpicuaq; uia.

Abſtruſasq;

Abſtruſasq́ fori cauſas cognoſcere pandis,
Doctè legiferos enucleando libros.
Rebus in ambiguis de iure æquoq́ rogatus,
Auxiliatrices porrigis uſq́ manus.
Conſilijsq́ potens, quêis non præſtantior alter,
Vt decet, innocuis dexter adeſſe ſoles.
Quod ſanè legum Miſtæ non infima laus eſt,
Iuſticiæ ſiquidem lex probat, idq́ docet.
Imprimis uero ſcriptis ornare diſertis
Doctrinam legum maxima cura fuit.
Scilicet huic iuri noſtro conferre putabas
Maiorem lucem, ſplendidiusq́ decus.
Nec tua te, uenerande ſenex, ſpes cæpta fefellit,
Reſpondet uotis promptior aura tuis.
Sacrarum ſiquidem maieſtas inclyta legum,
Lucidior multis redditur inde locis.
Id quod ſufficiens nunc experientia teſtis,
Ingenijq́ tui tot monumenta probant.
Prodijt in lucem nuper doctißimus herclè
De Pactis, mira conditus arte liber:
En Accreſcendi iam mox de iure diſertam
Offers materiam ſplendidiore ſtylo.
Pro quibus officijs toto celebraris in orbe,
Laudibus hinc imples ſolis utramq́ domum.

Hinc tibi conſurgit florentis gloria famæ,
Sic paſsim uolitas cuncta per ora uirum.
Hac igitur ratione tuæ, clariſsime Doctor,
Conſule uirtuti, ſic age, magnus eris.
Nulla tuum poterit nomen delere uetuſtas,
Nec ſinet illuſtrem te ſacra Muſa mori.

CARMEN SCRIPTVM
ab Alberto Fűrſt Mona:

ROmuleum reuocare tuum Florentia noli,
Optima qui legum dat documenta typis.
Nam magno Anglipolin cohoneſtat nomine noſtram,
Præclara reliquis eminet arte uiris.
Sulpicium excellet, legum iuriſq; magiſtrum,
Si Parcæ uitæ ſtamina longa dabunt.
Virtute æternum nomenq; decuſq; parabit,
Nec cuiquam his ſeclis cedet honore uiro.

INDEX RERVM NOTABILium locupletiſsimus, in inſignem materiam iuris accreſcendi, in L. Re coniuncti, de legat. iij. pertractatam.

Omnis diſputatio debet à definitione proficiſci. nu. 1
Definitio iuris accreſcendi à Doctoribus tradita non fuit. 2
Curtij definitio à recentioribus damnatur. 3
Gallorum definitionem non eſſe bonam manifeſte oſtenditur. 4
Bona definitio debet cum ſuo definitio conuerti. 5
Noua iuris accreſcendi auctoris definitio. 6
Allucinati ſunt Doctores, putantes ius accreſcendi à lege 12. tabu. ortū eſſe. 7
A iure Romanorum originem ſuam traxiſſe oſtenditur. 8
Intellectus L. Celſus, de legat. iij. 9
An ius accreſcēdi iudicio teſtatoris, an uero legis diſpoſitione proueniat. 10
Et quod principaliter legis diſpoſitione, Secundario teſtatoris proueniat, melius quam ullus antea auctor declarat. 11
Ius accreſcendi propriè & impropriè accipitur. 12
Ius accreſcendi propriè eſt inter uerbis coniunctos. 13
Impropriè inter re tantum. ibid.
Ius accreſcendi non duplex ſed unicum eſſe nouiter auctor docet. 14
Ratio à DD. aſsignata, quare fuerit introductum ius accreſcendi, per ſe ſimpliciter non procedit: ſed coniuncta cum alijs per auctorem adductis, bene procedit. 15
Re coniunctio dicitur, quando eadem res in ſpecie, non in quantitate duobus ſeparatim legatur. 16
Verbum, uidetur, de ſui natura improprietatem inducit, quandoq; tamen etiam ueritatem importat. 17
Quando autem improprietatem, quando ueritatem importet, auctor demonſtrat. ibid.
Statutum loquens de coniunctis, non comprehendit re tantum coniunctos. 18
Statutum eſt proprie accipiendum. 19

D 2 Coniunctus

Coniunctus uerbis dicitur, quando re una pluribus legata, diuiſio eſt à teſtatore facta. 20
Sub ſimplicibus mixtum continetur in fauorabilibus, ſecus in odioſis. 21
Poteſtas conceſſa legato, uel Comiti Palatino ut ſpurium et inceſtuoſum poſſit legitimare, intelligitur quod poßit etiam inceſtuoſum & ſpurium ſimul legitimare. 22
Conceſſa facultate teſtandi Canonicis de fructibus beneficiorum, non cenſetur conceſſa poteſtas codicillandi. 23
Plures hæredes uel legatarij uocati, cenſentur æqua lance uocati. 24
Dictio, igitur, licet de ſui natura ſit inceptiua, tamen in tex: noſtro ponitur illatiue. 25
Vacante portione ille eſt præferendus, qui re & uerbis eſt coniunctus. 26
Duo uincula magis quam unum ſtringunt. 27
Fallit, ſi id uinculum ſolum duobus eſſet potentius. 28
Doctor Decretorum & Theologiæ eſt ſimplici Doctori præferendus. 29
Rex Gallorum an Rege Hiſpaniarum præſtantior ſit. 30
Accurſij exemplum, ſcilicet quod quando teſtator dicit Titio fundum, & eundem Sempronio lego, dicantur re coniuncti, optime procedere, contra omnium DD. ſententiam auctor defendit. 31
Facta non præſumuntur. 32
An ſtantibus uerbis, quod Titio legaui, lego Sempronio inducatur ademptio legati Titij. 33
Reprobata communi, Dyni uolentis ademptionem non induci, ueriorem eſſe affirmat hic auctor. 34
Allucinati ſunt DD. putantes hæreditates à legatis non differre, quoad ademptionem. 35
Commemoratio prioris legati ademptionem inducit. 36
Reprehenditur diſtinctio Bart: & ſequacium, aut in eadem, aut diuerſis perſonis. 37
Et quod ſiue in eadem, ſiue in diuerſis perſonis commemoratio prioris legati tacite ademptionem inducat, auctor non obſcure demonſtrat. 38
Imperatores alio modo dicendi uſi ſunt, quam I. C. ad coniunctos demonſtrandos. 39
Coniunctio uerbis dicitur ſi teſtator dicat, Titio & Seio æquis portionibus lego. 40

Coniunctus

Coniunctus re & uerbis eſt, quando teſtator dicit, Titio & Seio lego fundum. 41
Limitatio ad regulam, expreſsio eorum, quæ tacite inſunt etc. 42
Reſponſio ad text. una cum eius intellectu in L. Triplici, de uerb. ſignif. per auctorem tradita. 43
Si teſtator dicat, Lego Titio decem & Sempronio decem, an cadat inter eos coniunctio. 44
Quod non cadat, Bart tenet. ibid.
Idemq; etiam auctor, ſed alia declaratione ſentit. 45
Legatum factum ſub eadem uerborum conceptione, inducit coniunctionem realem. 46
Intellectus ad textum, in L. ſtipulatio iſta, §. Eum qui, de uerb. oblig. 47
Si teſtator relinquat mille filiabus ſuis, an legatum cenſeatur diſtributiue, uel collectiue relictum. 48
Collectiue relictum cenſeri (reprobata Bart. opinione) auctor tenet. 49
Quod tamen procedere debet, quando legatum eſſet abſq; cauſſa, ſed ſi cum cauſſa, ſecus, ſecundum auctoris opinionem. 50
Si eadem res pluribus legetur, hoc pacto, ut quilibet habeat in ſolidum, utrum ſint re coniuncti. 51
Et quod ſint re coniuncti, reprobata Bart opinione, auctor oſtendit. 52
Si hæredes expreſſo teſtatoris iudicio non ſunt uocati, non poteſt inter illos ius accreſcendi conſiderari. 53
Si Titium in dimidia, Sempronium in eadem dimidia inſtituo, utrum dicantur re coniuncti. 54
Quod dicantur re coniuncti, omnes ſentiunt. ibid.
Bartolus non abſq; cauſſa quæſtionem poſuit in hæreditate & non in Legato. 55
Totum multipliciter conſideratur. 56
Et quod, ſi totum conſideres ut genus & ſpecies, non ſint coniuncti, omnes ſentiunt. ibid.
Idem ſi conſideres totum, uti ius integrale & ut partes quotatiuas. 57
Secus ſi totum uti ius integrale & ut partes ſubſtantiales conſideretur: quia tunc dicuntur re coniuncti, prout Bart. à nonnullorum impugnatione defendit auctor. 58
Si legatur uni fundus, alteri uſusfructus, re coniuncti dicuntur. 59

Limitatio Baldi in L. Quoties, §. fin. C. famil. erciſc. ad textum in L. ſi alij, de uſufr. leg. tanquam falſa reprobatur. 60
Si Titio relinquo fundum, Mæuio uſumfructum omnium meorum bonorum, quod ſint re coniuncti (Baldi & ſequacium opinione reprobata) auctor demonſtrat. 61
Si totum uti ius integrale & partes quotatiuas conſideres, nulla coniunctio conſiderari poteſt. 62
Genus nunquam perimi poteſt. 63
In re aliena coniunctio conſiderari non poteſt. 64
Bart. ab oppugnatione Iaſonis, circa tertium exemplum coniunctionis realis defenditur. 65
Intellectus ad tex. in L. Lucius, la ij. §. Lucius. de leg. 2. 66
Copulam, et, poſitam inter diuerſas orationes coniunctionem uerbalem non inducere (Iaſonis & aliorum opinione reprobata) defenditur. 67
Vbi adeſt unitas uerbi, ibi eſt coniunctio uerbalis. 68
Quod non ſemper uerum eſſe, auctor oſtendit. 69
Copula, &, poſita inter duas orationes æque principales, non habet uim copulæ. 70
Copula, &, poſita acceßorie, requirit concurſum copulatorum. 71
Copula, &, requirit plurium præcedentium repetitionem. 72
An coniunctio uerbalis nominibus diſtributiuis, alternatiuis aut aduerſatiuis induci poßit. 73
Bart. & ſequaces putantes quod quando unus eſt actus, tunc ſemper ius accreſcendi inducatur, toto cœlo errarunt. 74
Intellectus Bart. ad text. in L. fin. C. de impub. & alijs ſubſtit. ab auctore reprehenditur. ibid.
Reprehenditur etiam Bart. circa intellectum ad text. in L. Lucius, §. Quæ habebat, ad Treb. et uera per auctorē illius textus ſemētia adſertur. 75
Quod dictionibus aduerſatiuis nullo modo conſiderari poßit coniunctio, ab auctore defenditur. 76
Vbi eſt dictio taxatiua, ibi non poteſt eſſe ius accreſcendi. 77
Dictio, aut, inter perſonas poſita, reſoluitur in coniunctiuam. 78
Qui dicantur re & uerbis coniuncti. 79
Quod illi dicantur re & uerbis coniuncti, quando dictū fuerit Titio et Seio lego fundum, auctor ſtrenue & ſatis prolixe diſputando oſtendit. 80

Exemplum

Exemplum gl. in L. finali ff. de uſufr. accreſ. tanquam uerum defenditur. 81
Intellectus ad textum in L. Triplici, de uerb. ſignif. 82
Intellectus ad textum in L. Si ita quis hæredes, de hæred. inſtitu. 83
Intellectus ad textum in L. plane, §. ſi coniunctim, de leg. 1. 84
Mixta ſequuntur naturam ſuorum ſimplicium. 85
Exemplum Petri tanquam falſum reprobatur. 86
Intellectus ad textum in §. ſi eadem res, Inſtit. de legat. ibid.
Exemplum per Bart. procedere non poteſt ſine diſtinctione per auctorem tradita. 87
Coniunctus coniunctione legali non dicitur, neq; re, neq; uerbis, neq; re & uerbis coniunctus, ſed coniunctus coniunctione legali. 88
Inter coniunctos re habet locum ius non decreſcendi. 89
In proprietate ſemper locum habet ius non decreſcendi. ibid.
Sed in uſufructu iam acquiſito locum habet uis accreſcendi. 90
Secus in acquirendo, in quo locum habet ius non decreſcendi. ibid.
An in coniunctione uerbis tantum, ſit locus iuri accreſcendi. 91
Et (niſi re ſint omnino diſiuncti) quod ſit, auctor affirmat. ibid.
Si teſtator quibuslibet filiabus centum pro dote relinquit, inter illas coniunctionem non eſſe, oſtendit auctor. 92
Reprehenditur in ſecundo & tertio exemplo effectus coniunctionis in coniunctione uerbis tantum à Iaſone, & in tertio ab auctore. 93
Potentiorem coniunctionem re tantum, coniunctione uerbis tantum eſſe, auctor oſtendit. 94
An inter coniunctos re & uerbis locum habeat ius accreſcendi, uel non decreſcendi. 95
Et quod ius non decreſcendi ueniat, ſentiunt omnes. ibid.
Sed contrarium poſſe defendi, auctor oſtendit. 96
Voluntas teſtatoris ſemper prædominatur. 97
Cauſſatum & cauſſa debent eſſe eiuſdem naturæ. 98
An inter diſiunctos ſit locus iuri accreſcendi. 99
Inter legatarios diſiunctos non eſt locus iuri accreſcendi. ibid.
Inter hæredes priuatæ perſonæ, licet diſiunctos locum habet ius accreſcendi. 100
Intellectus L. Conficiuntur, §. 1. de iure codicillor. 101
Intellectus textus in L. Circa, de inoff. teſtamento. 102

In contractibus non eſt locus iuri accreſcendi. 103
Intellectus ad text. in L. fundus ille, de contrah. empt. 104
In teſtamento priuilegiatæ perſonæ, puta militis, non habet locum ius accreſcendi. 105
An ius accreſcendi tranſeat in ſucceſſorem. 106
In uſufructu ius accreſcendi non tranſit. ibid.
Vſufructus morte finitur. 107
Qui pro ſe & ſuis hæredibus uſumfructum ſtipulatur, non ſimpliciter ad hæredes uſumfructum tranſmittit, ſed hæredibus debet fieri noua uſuſfructus conſtitutio. 108
Vſufructuarius qui pro ſe & hæredibus ſuis uſumfructum ſtipulatur, non tantum ipſe, ſed & hæredes eius debent cautionem de bene utendo præſtare. 109
Ius accreſcendi in proprietate ad hæredes uniuerſales tranſmittitur. 110
Ius accreſcendi in ſingularem ſucceſſorem cadit. 111
Fiſcus auferens hæreditatem ab indigno habetur loco hæredis, & ſucceſſoris uniuerſalis. 112
In uniuerſalibus precium ſuccedit in locum rei. 113
Quæ regula qualiter ſit intelligenda auctor tradit. 114
Intellectus ad textum in L. Si & rem & pretium, de petit. hæred. 115
Nouus & uerus intellectus ad textum in L. Si totam, de acqu. hæred. nouiter per auctorem adfertur. 116
Ius accreſcendi non perſonæ, ſed portioni accreſcit, & qualiter auctor demonſtrat. 117
Legatarius non ſingularis ſucceſſor, ſed hæres quodammodo dicitur. 118
Veniens per ius accreſcendi, dicitur quaſi ſubſtitutus. 119
Qui ſemel eſt hæres non poteſt deſinere eſſe hæres. 120
Pulcherrima diſtinctio, an & quando ius accreſcendi in ſingularem ſucceſſorem cadat, per auctorem traditur. 121
Hæres eſt honorabili nomine hæredis inſtituendus. 122
Sententia Petri quæ communior eſt, limitatur. 123
Quis coniunctus præferri debeat in iure accreſcendi. 124
In coniunctione reali, nulla eſt coniunctorum prælatio, & quare hoc ita, auctor nouiter docet. ibid.
Coniunctio uerbalis diuerſimode accipi poteſt. 125

In coniun-

In coniunctione uerbali ille eſt præferendus, qui eſt ſub nomine collectiuo coniunctus. 126
Exemplum Bart. circa coniunctionem uerbalem factam nomine collectiuo per Iaſonem damnatur, ſed ab auctore defenditur, licet poſtea alijs rationibus eundem Bart. redargui poſſe oſtendere uideatur. 127
Si unius ex coniunctis portio uacat, inter illos illum præferendum eſſe, qui collectiue fuit uocatus, Bart. & omnes ſentiunt. 128
Sed Bart. & omnes ita tenentes fuiſſe allucinatos, & immo nullam inter illos eſſe prælationem, pluribus rationibus aßignatis, ac omnibus textibus in contrariũ adductis, optimis reſponſionibus reiectis, auctor ſuſtinet. 129
Et dato quod uera eſſet ſententia Bart. & ſequacium, non tamen poſſe eam procedere in coniunctis re tantum, pulcra limitatione adhibita, ſubtiliter auctor oſtendit. 130
Limitatur niſi nominati ſint ſub nomine collectiuo. 131
Collectiue uocati, caput quoddam inter ſe inducunt, & loco unius perſonæ habentur. 132
Limitatur niſi aliud ex coniectura ta mente teſtatoris appareat. 133
Limitatur etiam, niſi fuiſſet inſtitutus poſthumus. 134
An coniunctus uerbis tantum, re tantum coniuncto præferendus ſit, auctor poſt longam diſputationem oſtendit. 135
Verba debent intelligi, ut aliquid operentur. 136
Caſus omiſſus, debet remanere in diſpoſitione Iuris. 137
Verba in dubio ſunt intelligenda in potentiori ſignificato. 138
Ars & natura, nihil fruſtra operantur. 139
Coniunctio uerbalis propter unitatem perſonæ, unicũ corpus inducit. 140
Qui in uno grauatur, in altero debet releuari. 141
Teſtatoris uoluntas eſt in dubio ita interpretanda, ut magis ualeat, quam pereat. 142
Re coniunctus tantum, in quibuſdam iuribus habetur pro diſiuncto. 143
Vna & eadem res, non debet diuerſo iure cenſeri. 144
Duo ſpecialia iura circa idem concurrere non poſſunt. 145
Quas duas regulas limita non habere locum quoties id prouenit ex diuerſis fontibus. 146
Auctoritas gl. omnes auctoritates antecellit. 147
Veritas numero auctoritatum eſt præferenda. 148

Pulcherrima inductio textus in L.Si ita quis hæredes,de hæred.inſtit. 149
Licet ab antiquis male,ut oſtenditur,impugnetur. 150
Saliceti intellectus in L.ſi quis ita hæredes,per auctorem impugnatur. 151
Item intellectus ad illam L.per Beſunt: traditus refutatur. 152
Sequentia præcedentia declarant. 153
Pulcherrimus & genuinus intellectus ad text. in L.ſi ita quis hæredes, de hæred.inſtit.per auctorem traditur. 154
Inter I. C. & Impp.nulla eſt differentia. 155
Quartus intellectus ad d.text.Si ita quis hæredes reprobatur. 156
Intellectus Iaſonis ad d.text omnino reſpuitur. 157
Intellectus ad text. in L. Item quod Sabinus, §. 1.de hæred.inſtit.per auctorem traditur. ibid.
Verba,Si quis ita,denotant formam. 158
Intellectus ad textum in L.Mæuio,de leg.2.ſecundum tertiam lecturam non poteſt procedere. 159
Quid in ſuperiori difficultate ſentiat auctor. 160
Verbum,omnino,ſignificat in omnem euentum. 161
Duo contraria ſimul ſtare non poſſunt. 162
Dictio,&,auget diſpoſitionem. 163
Verus & optimus intellectus Legis noſtræ per auctorem traditur. 164
Textum noſtrum non poſſe legi negatiue oſtenditur. ibid.
Subſtitutus præfertur coniuncto. 165
Quæ regula ampliatur ut etiam in tacita ſubſtitutione procedat. 166
Ampliatur etiamſi ſubſtitutio eſſet inualida. 167
Ampliatur etiam ut omnibus à lege uocatis præferatur. 168
Limitatur ut non procedat ubi apparet de expreſſa teſtatoris uoluntate. 169
Limitatur etiam niſi inſtitutio facta eſſet pluribus copulatiuè uel coniunctim. 170
Limitatur etiam, ſi teſtator inſtitutos ad inuicem ſubſtituiſſet. 171
Si ſubſtitutio non habuerit effectum propter uarias cauſas, an portio deficiens debeat reuerti ad coniunctum,uel ad eum à quo relictum eſt,uel ad uenientes ab inteſtato.Bart.uariè diſtinguit. 172
Qui eſt ſimul & ſubſtitutus & coniunctus per ſubſtitutionem inutiliter factam,licet excludatur,non excluditur tamen ut coniunctus. 173
Subſtitutio

Subſtitutio deficiens ex cauſſa ad hoc deſtinata, ut uenientes ab inteſtato ſuccedant in portione deficienti ipſi ſuccedunt. ibid.

Coniunctum ſubſtitutione inualida facta excluſis uenientibus ab inteſtato ſuccedere auctor oſtendit. 174

Subſtitutus primo, deinde coniunctus, poſtea uenientes ab inteſtato à lege uocantur. 175

Lege non diſtinguente, nec nos diſtinguere debemus. 176

Lex generaliter loquens eſt generaliter intelligenda. 177

Coniunctus non cenſetur excluſus ſi ſubſtitutio fuit inefficax. 178

Teſtatoris diſpoſitionem eſſe iuri communi conſonam præſumitur. 179

Teſtator in omnibus caſibus ius accreſcendi tollere non poteſt. 180

Caſus omiſſus cenſetur iuri communi remiſſus. 181

Qui & ſubſtitutus & coniunctus eſt et omni iuri renuntiat, neq; ut ſubſtitutus, neq; ut coniunctus ſuccedere poteſt. 182

Coniunctus præfertur his, à quibus relictum eſt. 183

Ius accreſcendi in caſu quo quis facit partem, & ad ipſam non admittatur, ceſſat. 184

Ius accreſcendi in cauſſa reiterabili ceſſat, ut in alimentorum. 185

Textum in L. Dominus, §. fin. de uſufr. non probare id, ad quod Bart. ipſum adduxit, auctor tenet. 186

Qui textus melius fuit per Bald. intellectus. 187

Teſtator ubicunq; taxatiue loquitur, ceſſat ius accreſcendi. 188

Habenti portionem iure ſpeciali contra ius commune, portio deficiens non accreſcit. 189

Diſpenſatio eſt odioſa. 190

In materia diſpenſationis de caſu ad caſum non fit extenſio, etiamſi eadem uel maior adſit ratio. 191

In ſingularibus relictis non eſt locus iuri accreſcendi. 192

Si pater habet poteſtatem relinquendi filijs ſpurijs & portio deficiat, eam ad ſpurios non pertinere, Baldi opinione reprobata et rationibus adductis auctor pulchre defendit. 193

In fauorabilibus fit extenſio. 194

Licet qui iure communi habet poteſtatem teſtandi, habeat etiam codicillandi, non tamen ſi habet iure ſingulari fit extenſio. 195

E 2 Allucinatus

Allucinatus eſt Caſtrenſis & ſequaces, putantes textum in L. Mulieri & Titio, de condit. & demonſt. non probare intentionem Bartoli. 196
Et quod immo probet, auctor oſtendit. ibid.
Cuius textus intellectum optimum dat. ibid. & 200
Argumentum à contrario ſenſu in correctorijs ualidum eſt. 197
Correctio non eſt præſumenda. 198
Senſus clarus eſt indicijs & argumentis præferendus. ibid.
In claris non eſt locus coniecturis. 199
Reip. intereſt hominibus ciuitates impleri. 201
In teſtamentis primum locum uoluntas teſtatoris obtinet. 202
Ius accreſcendi non habet locum inter ſuccedentes iure ſingulari, quando ſuccedentes ſuccedunt contra uoluntatem teſtatoris, ſecus, ſi ſecundum uoluntatem. 203
Cuius ratio licet ab alijs prætermittatur, ipſa tñ per auctorẽ affertur. 204
Lex teſtatoribus fauet. 205
Si filiusfamilias teſtamentum patris uoluntate condiderit, & in eo inſtituatur locus pius, & pro altera extraneus, an ius accreſcendi inter eos ſit. 206
Filiusfamilias etiam cum patris uoluntate teſtari non poteſt. 207
Iuri publico derogari non poteſt. 208
Teſtatoris uoluntas non debet ab alieno arbitrio pendere. 209
Diſpoſitio textus in L. Mulieri, de condit. & demonſt. non habet locum in hæreditatibus. 210
Minore reſtituto ad legatum per ipſum prius repudiatum, ſi frater eſt ſibi collegatarius, debet, ſi uult ſuccedere, conferre. 211
Stante ſtatuto quod filia fœmina non ſuccedat, & quod teſtator duas habens filias, & unam filiam fœminam, & quod unus ex filijs maſculis repudiet portionem, an portio uacans debeat ſorori uel fratri accreſcere. 212
Et quod fratri accreſcat, excluſa ſorore, Bartolus, nonnullorum opinione reprobata, aſſentit. 213
Quod etiam auctor, ſed melioribus rationibus tenet. 214
Diſpoſitio textus in L. Mulieri & Titio, de cond. & demonſt. non habet locum in hæreditatibus. ibid.
Et quare procedat in legatis, in hæreditate autem non, non admodum bonas rationes Bart. adducit. 215

Meliores auctor aſsignat. 216
Portio accreſcit portioni. 217
Poſt acquiſitionem factam ius accreſcendi locum non habet. ibid.
Fallit in uſufructu. 218
Fallit in aſsignatione libertorum. 219
Fallit in donatione Cæſaris. 220
Beneficia Principum ſunt latiſsime interpretanda. 221
Donatio exceſsiua 500. ducatorum abſq; inſinuatione non ualet. 222
Fallit in donatione Principis quæ non debet inſinuari. ibid.
Ius accreſcendi in conceſsione feudi uel emphyteuſis duobus coniunctim à Cæſare facta inter illos locum habet. 223
Secus in conceſsione ab inferiore Principe facta. 224
Poſt acquiſitionem factam ius accreſcendi locum non habet. 225
Conceſsio feudi intelligitur de Iure communi facta, quando per conſtitutionem in qua de feudo habetur expreſſe contra ius non reperitur deciſum. 226
In feudi conceſsione, ſiue Cæſaris ſiue inferioris à Cæſare non habet locum ius accreſcendi. 227
Portio deficiens feudi ad dominum directum reuertitur. 228
Text. in c. 1. de fra. de no. benef. inueſt. ſecundum intellectum Iaſonis loquitur in feudo ab inferiori Principe conceſſo. 229
Iura ſunt iuribus concordanda. 230
In feudis ſunt iura feudorum ſeruanda. 231
Text. in L. 1. C. ſi imper. lib. lib. 10. loquitur in donatione mera, non autem in feudo. 232
Feudum dicitur gratia. 233
Item beneficium. 234
In feudis magis gratia, quam ſeruitiorum uiciſsitudo conſideratur. ibid.
In feudi conceſsione etiam Cæſaris non habet locum ius accreſcendi, niſi cautum fuerit. 235
Tex. in L. unica, C. ſi Imp. lib. lib. 10. non habere locum in materia feudorum, ſed loqui in mera liberalitate, contra omnes DD. auctor defendit. 236
Feudum non procedit ex mera liberalitate, ſed ex gratia. ibid.
Diſpoſitio legis loquens in donatione, non uendicat ſibi locum in donatione remuneratoria, ſiue ob cauſſam. 237

Ius accreſcendi locum habere in feudis à Cæſare conceßis communiter DD. affirmant. 238
In feudis conceßis à Principibus non recognoſcentibus ſuperiorem, ius accreſcendi locum habere Curtius affirmat. 239
Idem etiam in liberis Rebuſp. ſuperiorem non recognoſcentibus. 240
Dux Marchio prius quam a Carolo Quinto in Ducem fuiſſet aſſumptus, Marchio appellabatur. 241
In feudo conceſſo à Duce Mantuano habere locum ius accreſcendi, Sozinus autumat. ibid.
De quo tamen dubitamus. 242
Diſpoſitio ſeu exorbitans deciſio iuris non debet extendi. 243
Germani ſunt ſub Imperio. 244
An in feudis conceßis Germanis habeat locum ius accreſcendi. 245
Et reprobata Sozini opinione locum non eſſe in feudo de nouo conceſſo auctor opinatur. ibid.
Limitatur, Primo ſi feudum conceſſum fuiſſet cum dictione, cuilibet. 246
Quod intellige ſi id dictum in principio fuiſſet appoſitum. ibid.
Verbum, utriuſq;, tribuit actum inſolidum. 247
Non refert ſi quid fiat per æquipollens. 248
Limita ſecundo, in feudis in ſolidum datis. 249
Item in indiuiduis. 250
Limita tertio, quando ex poſt facto fuit quæſita portio iure ſingulari. 251
Reſtitutio in his quæ ſunt iuris, reponit omnia in priſtinum ſtatum, ſecus in his quæ ſunt facti. 252
De minimis in his quæ ſunt contra ius commune, non curat Prætor, ſecus in his quæ ſunt ſecundum ius. 253
Limita quarto quando ius accreſcendi eſſet unitum cum ſubſtitutione pupillari. 254
Limita quinto poſt acquiſitionem perfecte factam. 255
Limita ſexto in hærede compulſo partem ſuam adire ad inſtantiam fideicommiſſarij. 256
Septima limitatio per Iaſonem de querela inofficioſi appoſita, per auctorem reprobatur. 257
Limita octauo in datis à muliere feſtinanti tranſitum ad ſecunda uota filijs prioris matrimonij. 258

Duplex

Duplex eſt ius accreſcendi, ſcilicet accreſcendi & non decreſcendi. ibid.
In iure non decreſcendi portio deficiens alteri omnino inuito accreſcit. 259
Ius non decreſcendi habet locum in re tantum, & in re & uerbis coniuncto. 260
Ius accreſcendi inter uerbis tantum coniunctos locum habet, & uolenti acquiritur, ſed cum onere. 261
Qui commodum ſentit & incommodum pariter ſentire debet. 262
Ratio differentiæ inter ius accreſcendi & ius non decreſcendi nouiter ab auctore affertur. 263
Hæredes inſtituti non poſſunt recuſare portionem deficientem, ſi cohæres adiuerit hæreditatem poſt portionem repudiatione deficientem. (264
Dictum à ratione regulatur. 265
Portio à teſtatore prædeſtinata deficiens poſt partem ſuam aditam ei inuito accreſcit. 266
Portio per reſtitutionem deficiens inuito non accreſcit. 267
Licet unus ex hæredibus adiuerit portionem ſuam ante hæredis repudiationem tantum, non tantum cohæredis inuito non accreſcit, ſed etiam ſuam iam aditam repudiare poteſt. 268
Per alium poſſum, quod per me non licet. 269
Legatum pro non ſcripto dicitur, quando his relinquitur, qui tempore teſtamenti non erant in rerum natura. 270
Item quando legatarius ex ſuo delicto eſt incapax. 271
Caducum dicitur, quando legatarius uel hæres eſt in rerum natura tempore teſtamenti, ſed uiuo teſtatore moritur. 272
Quaſi caducum eſt quando legatarius moritur poſt mortem teſtatoris, ſed non cedebat dies tempore mortis. 273
Portio legati pro non ſcripto deficiens ex delicto eius, qui capere non poterat, accreſcit cum onere. 274
Bartolus ab oppugnatione Croti, uolentis L. fin. De his qui pro non ſcrip. hab. ſuam intentionem non probare, ab auctore defenditur. 275
Portio legati pro non ſcripta accreſcit collegatario ſine onere. 276
Portio hæreditatis pro non ſcripta, accreſcit cum onere. 277
Ratio differentiæ inter legatum & hæreditatem, ſcilicet, quare legatum ſine

onere, hæreditas uero cũ onere accreſcat, per antiquos DD. *in* §. *his itaq́; de cadu. tollend. ac etiam in* L. Quæ *conditio, de condit. & demonſt. per recentiores damnatur, ſed ab auctore rationibus defenditur.* 278

Portio *hæreditatis pro non ſcripta cum onere omnibus ſimul iniuncto, deficiens omnibus cum onere accreſcit.* 279

Portio *hæreditatis deficiens quando fuit onus nominatim iniunctum, ſine onere accreſcit.* 280

Portio *hæreditatis caducæ cum onere accreſcit.* 281

Portio *deficiens in iure non decreſcendi ſine onere inter coniunctos re tantum accreſcit.* 282

Quod *idem procedere in coniunctis re & uerbis contra* DD. *auctor pluribus argumentis oſtendit.* ibid.

Coniunctus *à teſtatore eſt magis à teſtatore dilectus.* 283

Intellectus *ad text. in* L. *Seia,* §. *Caio, de fundo inſtru.* 284

Regula *quantum uis generalis ad ea quæ ſub ipſa non comprehenduntur, extendi non poteſt.* 285

In *caſu mixto illa pars eſt attendenda, quæ eſt potentior.* 286

Teſtator *præſumitur tam parũ hæredẽ grauare uelle, quã fieri poteſt.* 287

Quem *non honoro, non onero.* 288

Vbi *eſt eadem ratio, ibi debet eſſe eadem iuris diſpoſitio.* 289

Vbi *eadem eſt ratio, conceditur extenſio non tantum in fauorabilibus, ſed etiam in odioſis.* 290

Dictum *à ratione regulatur.* 291

Lex *abſq; ratione, eſt uti cadauer.* 292

Ratio *eſt anima legis.* 293

Ratio *naturalis ſufficit pro lege etiam ad deciſionem cauſſarum, ubi deficit* Lex. ibid.

Si *teſtator dicat,* Lego *uxori meæ decem annua donec caſte & honeſte uixerit, & deinde dixerit,* Item *lego uxori meæ ueſtes ſericeas & ex lana,* An *illa conditio,* Si *caſte uixerit, in priori appoſita, in poſteriori legato etiam repetita eſſe cenſeatur.* 294

Bart. *& aliorum opinione reiecta,* In *ſecundo etiam legato conditionem repetitam cenſeri, auctor defendit.* 295

In *ultimis uoluntatibus mens teſtatoris ſemper eſt inſpicienda.* 296

Ex *tranſitu ad ſecunda uota teſtator triſtatur.* 297

Vbi eſt unica ratio, licet non ſit appoſita, habetur tamen pro expreſſa. (298
Argumentum á ueriſimili mente diſponentis eſt ueriſimile in Iure. Ibid.
Vbi eſt eadem ratio, ibi debet eſſe eadem Iuris diſpoſitio. 299
Dictum á ratione declarationem capit. 300
Dictio item eſt præcedentium repetitiua. 301
Portio deficiens pro hæreditarijs portionibus accreſcit. 302
Limitationem Croti ad iſtam concluſionem, pluribus argumentis adductis manifeſtè auctor improbat. 303
Argumentum de toto quoad totum, ſicut de parte quoad partem eſt ualidum in Iure. 304
Portio deficiens eadem actione eſt petenda qua ſuam quiſq; actionem petit. 305
Cohæres non ſuccedit pupillo, quando pupillus habet ſubſtitutum. 306
Hæreditas patris ab hæreditate filij diuerſa eſt. 307
In diuerſis hæreditatibus non eſt locus iuri accreſcendi. 308
Vbi eſt ſubſtitutio, ibi ceſſat ius accreſcendi. 309
Expreſſum facit ceſſare tacitum. 310
Spes ſubſtitutionis non tranſmittitur ad hæredes. 311
Ius accreſcendi cum ſubſtitutione unitum, facit ut ſpes ſubſtitutionis pupillaris ad hæredes tranſmittatur. 312
An inter coniunctos coniunctione legali competat num, uel ſine onere ius accreſcendi, ſicut in coniunctione hominis. 313
Et quod in coniunctione legali portio deficiens cum onere accreſcat, auctor defendit. 314
Venientes ab inteſtato dicuntur ex teſtatoris iudicio uenire. 315
In qualibet diſpoſitione id attenditur, quod principaliter prouenit. 316
An ius accreſcendi habeat locum in contractibus, ſicut in ultimis uoluntatibus. 317
Reprobatur concluſio & concluſionis ratio per Beſunt: Comenſ. & alios, quare ius accreſcendi in contractibus locum non habeat. 318
Text. in L. Si mihi & Titio, de uerb. oblig. non probare, quod in contractibus non ſit locus iuri accreſcendi, auctor pluribus rationibus oſtendit. 319
Alteri ſtipulari nemo poteſt. 320

Inuentæ ſunt ſtipulationes, ut unuſquiſq; quod ſua intereſt ſtipuletur. Ibi.
Ceſſante ratione, diſpoſitio ceſſat. 321
In ſummis & quantitatibus non eſt coniunctio. 322
Errarunt DD. putantes ſimpliciter & abſolutè text. in L. ſi mihi & Titio probare quod in contractibus non ſit locus iuri accreſcendi. 323
Ius accreſcendi in contractibus locum habet quotieſcunq; ſtipulantis intereſt. 324
Ratione cur in contractibus ius accreſcendi locum non habeat, communi refutata, melior per auctorem affertur. 325
In uſufructu indiſtinctè locus eſt iuri accreſcendi. 326
In indiuiduis locus eſt iuri accreſcendi. 327
Seruitutes ſunt indiuiduæ. 328
Omnia iura ſunt indiuidua. 329
Ius in quibuſdam caſibus eſt diuiduum. 330
In indiuiduis ex conceſſione Principis indiſtinctè locum habet ius accreſcendi. 331
In quantitatibus non eſt locus accreſcendi iuri. 332
Omnes Principes poſt Cæſarem dicuntur inferiores. 333
In indiuiduis, quotieſcunque intereſt ſtipulantis, habet locum ius accreſcendi. 334
Melior diſtinctio apponitur per auctorem. 335
In contractibus ultro citroq; obligatorijs habet locum ius accreſcendi. Ibi.
Quando non intereſt ſtipulantis, non poteſt habere locum ius accreſcendi. (336
In contractibus lucratiuis ſemper ceſſat ius accreſcendi. 337
Si conceſſa fuit res in emphyteuſin ad tertiam generationem ſiue quocunque modo duobus fratribus, & unus decedat ſine deſcendentibus, an portio deficiens fratri ſuperſtiti accreſcat. 338
Contractus emphyteuticus eſt ultro citroq; obligatorius 339
Limitatur primo, Si annua penſio eſt æquiualens rei ſoluendæ, locus erit iuri accreſcendi. 340
Limitatur ſecundo, ſi in emphyteuſi erit dictum, & poſt obitum omnium, res reuertatur ad dominum. 341
Limitatur tertio, ſi fuerit dictum & omnes habeant in ſolidum. 342
Quod tamen auctor reprehendit. 343

Quarto

Quarto limitatur ſi dictum fuit utriuſque nomine. 344
Quinto limitatur qñ conceſſio facta ſit duobus poſt lineam finitam. 345
Et hoc uerum, niſi noua immutaretur aliqua qualitas. 346
Sexta limitatio, ſi dictum eſſet in conceſſione poſt amborum obitum, poſſeſſio pleno iure ad dominum reuertatur. 347
Septima eſt, ſi eſſemus in indiuiduis. 348
Octaua eſt, ſi emphyteuſis à Principe conceſſa eſſet. 349
Nona, quando dictum eſſet in inueſtitura alternatiuè, ut alter alteri ſuccedat. 350
Secundus caſus eſt, ut ſi res aliqua conceſſa ſit in emphyteuſin duobus fratribus, & dic tum, Titio & Seio fratri concedimus, qui Seius eſſet abſens, & ex cauſa lucratiua ageretur, alias ſecus. 351
Et hæc uera, ſi ex noua inueſtitura, ſecus ſi ex antiqua 352
Si conceſſio emphiteuſis facta fuerit his uerbis, Tibi & recipienti nomine fratris tui, ut tunc ab initio ualeat in totum, & portio deficiens reuertatur ad dominum, non autem accreſcat alteri. 353
Limitatio ad regulam d. §. alteri, ut non procedat, quando quis nomine abſentis ſtipularetur. 354
Et ideo notariorum ſtylus communis eſt in inſtrumentis, mihi notario ſtipulanti & recipienti nomine talis &c. 355
Argumentum ab emphyteuſi ad feudum, & è contra procedit. 356
Feudales cauſſæ ſi non ſunt expreſſe deciſæ in uſibus feudorum, debent decidi ſecundum ius commune. 357
Regula d. §. alteri non procedit in feudis. 358
Si pater recepit emphyteuſin pro ſe & filijs & unus eorum deficiat locus eſt iuri accreſcendi. 359
Legis coniunctio æquiparatur ultimis uoluntatibus. 360
Quando unus ſeruus plurium dominorum ſtipularetur, & unus eorum repudiaſſet, tunc non eſſet locus iuri accreſcendi. 361
Fauorabiliores ſumus in ultimis uoluntatibus quam in contractibus. 362
Quando ſtipulatio facta eſſet à ſeruo plurium dominorum & in perſona unius eſſet inualida, tamen propter retentionem eſſet ualida, tunc non habet locum ius accreſcendi. 363
Quæſtio, ſi quis habens plura bona in diuerſis territorijs, perpetraret delictum, ob quod bona ſint publicanda, ſi unus fiſcus repudiaret, an accreſcat alteri. 364.

Secunda quæſtio, Si conceſſa ſit poteſtas duobus coquendi panes in furno an iſta poteſtas alteri accreſcat. 365
Contra prædicta plura urgent. 366
Auctor defendit ſententiam Baldi. 367
Limitat dictum Baldi auctor. 368
An in donatione cauſſa mortis locum habeat ius accreſcendi. 369
Quod habeat locum omnes ſentiunt, quod tamen auctor diſputat. 370
Donatio cauſſa mortis accedit naturæ contractus. 371
Donatio cauſſa mortis, quando in eſſe deducitur, æquiparatur magis contractui quam ultimæ uoluntati. Ibidem
Actus á potentiori parte nominatur. 372
Filiusfamilias patre permittente poteſt donare cauſſa mortis. 373
In donatione cauſſa mortis, non requiruntur tria tempora habilia, ſicut in ultimis uoluntatibus. 374
Vltima uoluntas eſt ambulatoria uſq; ad uitæ exitum. 375
Donatio cauſſa mortis ſi fiat á præſente præſenti eſt irreuocabilis. 376
Contractus á principio ſunt uoluntarij, ſed ex poſt facto neceſſarij. 377
Adultus abſq; licentia curatoris poteſt teſtari, non tamen poteſt donare cauſſa mortis. 378
Donare cauſſa mortis, eſt alienare. 379
Donatio cauſſa mortis numeratur inter ultimas uoluntates. 380
Qui omnia dicit nihil excludit. 381
In contractibus duo teſtes requiruntur. 382
In donatione cauſſa mortis, quinq; teſtes requiruntur. 383
In donatione cauſſa mortis habet locum falcidia. 384
In donatione cauſſa mortis non requiritur inſinuatio, ſecus in donatione ſimplici. 385
Donatio cenſetur excluſa in qualibet adminiſtratione. 386
Subſtitutio non habet locum in contractibus, ſed in ultimis uoluntatibus. (387
In donatione cauſſa mortis, datur ſubſtitutus. 388

Finis Indicis.

Paulus

Paulus libro ſexto ad Legem Iuliam & Papiam.

RE coniuncti uidentur non etiam uerbis, cum duobus ſeparatim eadem res legatur. Item uerbis non etiam re, Titio & Seio fundum æquis portionibus do lego. Quoniam ſemper partes habent legatarij. Præfertur igitur omnibus cæteris, qui & re & uerbis coniunctus eſt. Quod ſi re tantum coniunctus ſit, conſtat non eſſe potiorem: Si uero uerbis quidem coniunctus ſit, re autem non, quæſtionis eſt an coniunctus potior ſit, & magis eſt, ut & ipſe præferatur.

ISTA Lex & re & fama difficilis eſt, cõtinens luculentam & quotidianã Iuris accreſcendi materiã. Bartolus in huius interpretatione omnes ingenij ſui uires exeruit, adeo ut Baldum dixiſſe quandoq; referant, Bartolum maximam laudem ex hac lege ſibi comparaſſe, omnemq; auctoritatem, quæ commentarijs eius tribuitur, huic legi ipſum acceptam ferre debere. Pro-

inde opus non eſt materiam iſtam pluribus encomijs ornare. Quemadmodum enim dici ſolet, probam mercem non egere præcone, ſic etiam Legem noſtram, cuius utilitas per ſe patet uberrima, non eſt neceſſe commendare, ut alibi I.C. inquit in L. i. De reſtit. in integ. Quamobrem quo ſubulior & magis quotidiana hæc materia eſt, eo plenius eam attingendam eſſe mihi propoſui. L. Legaui, De liber. legat. Veruntamen, antequam ad eam accedam, pro intellectu & declaratione, non ſolum legis noſtrę, uerùm etiam totius materiæ, aliqua præmittenda eſſe exiſtimaui, quæ licet neceſſaria quodammodo DD. hic ſilentio prætermittunt. Primo de eſſentia & ſubſtantia iuris accreſcendi. Secundo de ipſius origine. Tertio unde proueniat. Quarto de eius diuiſione. Quinto ob quam cauſſam introductũ fuerit ius accreſcendi. Quantum ad primum, neceſſarium eſt ut inſpiciatur & cognoſcatur, quid ſit ius accreſcendi. Nam ut Cicero in i. Offic. inquit, atq; etiam Philoſophus
1. affirmat,† omnis diſputatio debet à definitione proficiſci, ut intelligatur qd ſit, de quo diſputetur. Idemq; nos monet Vlpianus noſter in L. i. De inſtit. & iure, & L. i. Si cert. pet.

2. † Definitio uerò ſeu deſcriptio iuris accreſcendi, neque per I. C. neque per Impp. neq; etiam per Gloſatores aut Doctores, tam antiquos quam recentiores ulla tradita eſt, Solus Curtius antiquus in Rub. C.

Quand.

Quand. non petent. part. petentibus accreſcant, ſic definiuit Ius accreſcendi eſt quædam portio unius quæ repudiat̃ & alteri accreſcit. † Hęc definitio damnatur à recentioribus Ticinenſibus hic & in d. Rub. 3.
Et primo ideo procedere non poteſt, quod nõ conſtat ex genere & differentijs, quæ neceſſario requiruntur ad bonam definitionem conſtituendam, ſecundum Bart. & ſcribentes in L. i. De teſtam. Deinde defectu laborat, cum unum modum duntaxat ponat, quo portio unius nobis accreſcit, cum tamen multo plures ſint; Item ius accreſcendi non accreſcit perſonæ, ſed portioni. Quocirca aliã tradebat, quam tamen prius Riparius hic poſuerat, uidelicet hanc. Ius accreſcendi eſt ius accumulans alicuius deficientis, quod alteri accreſceret. Quæ definitio quoq; ſtare non poteſt, quia eodem morbo laborat, quo ſuprapoſita, cum portio non accreſcat perſonæ, ſed portioni, ut ſupra quoque diximus. † Minus etiam 4.
procedit deſcriptio Lorioti in ſuis axiomatibus, dum dicebat, Ius accreſcendi eſt quædam ſubſtitutio, per L. Si Titio & Mæuio, §. Iulianus, ſupra eodem tit. lib. 2. ibi, quaſi ſubſtitutus, Quæ deſcriptio peior eſt cæteris.

† Primo, quia non conuertitur cum ſuo definito, uidelicet ut proximè dictum eſt. Secundo, per 5.
text. quo ipſemet mouetur, in d. §. Iulianus probatur contrarium, cum textus ibi dicat, quaſi ſubſtitutus,

ſtitutus, quia hoc modo res definita non contineret proprietatem, & rei ueritatem, quod omnino neceſſe eſt in uera definitione. Nam dictio, quaſi improprietatem denotat, L. In ſuis, de liber. & poſth. Nec poteſt ullo modo dici ſubſtitutio in iure accreſcendi, cum id non ſolum habeat locum in hæreditatibus, uerùm etiam in legatis, & fideicommiſsis, nec non in mortis cauſſa donatione, ut Bar. hic in fine uoluit, quem DD. omnes ſequuntur. Et eſt textus quem Bart. & DD. ſequuntur in L. unica. C. de cad. tollend. Item hinc eam reijciendam eſſe apparet, quod ſubſtitutio propriè eſt ſecunda inſtitutio, & ſub inſtitutionis nomine continetur L. Si mulier, §. fin. De condit. inſtitut. ubi conditio, quæ eſt in forma ſpecifica ad implenda. L. Qui hęredi. Et L. Meuius, De condit. & demonſt. impletur.

6. † Ego autem, tametſi periculoſum eſſe ſciam rem definire, cuius definitionem I. C. omiſerunt, ſic tamen definiri poſſe exiſtimarem. Ius accreſcendi eſt augmentum ſeu acceſsio quędam portionis deficientis diſpoſitione legis ex tacita teſtatoris ſententia, quæ acceſsio per repudiationem, mortem, uel per quemlibet alium caſum portioni accreſcit. Cuius definitionis ſingula membra declarabo, ne nō ſatis intellecta ab alijs temerè reprehendatur. Dixi augmentum ſeu acceſsionē eſſe, quia ius accreſcendi eſt quid iuris, quod accedit. Dixi legis diſpoſitione ex tacito

teſtatoris

teſtatoris iudicio, quia principaliter prouenit Legis uigore, ſecundario ex tacito teſtatoris ſententia, ut patet in d. §. Iulianus, & à nobis infra dicetur. Et de tacito teſtatoris iudicio, patet in L. Si in teſtamento, in fin. ſup. De uulg. & pupill. Et quia ius accreſcendi ſolum in teſtamentis & in ultimis uoluntatibus locum habet, & non in contractibus, L. Si mihi & Titio, De uer. obli. Dictum fuit, per repudiationem, uel mortem uel per alium caſum, ad hoc nimirum ut non eſſet defectiua prout à iure conſideratur, & omnes caſus continerentur, per quos unius portio accreſcit. Dixi, portioni, quia non perſonæ ſed rei accreſcit, L. ſi Titio fructus, in fin. de uſufr. & quemad. quis utat. frua. ibi, quoniam portio fundi, uelut alluuio portioni, perſone uſusfructus accreſceret.

Quoad ſecundum, cum in omni re, ſi quis uoluerit ſcire principata, debet prius ſcire principia & originem rei quæ ſemper inſpicienda eſt, L. i. De orig. iur. Et L. In uenditionibus, in fi. cum glo. in uerbo, initio, De contrah. emp. L. Clam poſsidere, in pr. ibi, origo nanciſcendæ poſſeſsionis exquirenda eſt, de acq. poſſeſs. Bart. poſt glo. in L. Celſus ſup. eod. lib. 2. uoluit † Ius accreſcendi originem ſuam trahere à 7.
lege 12. tab. & ita omnes ſcribentes. Idemq́ nouiſsime uoluit Cagnolus in Rubr. C. Quand. non pet. part. peten. accreſ. Verùm licet omnes indifferenter ita ſentiant † uidentur tamen in errorem labi, dum 8.

potius à iure Romanorum originem ſuam trahat ius accreſcendi, quod pluribus modis probari poteſt. In primis enim probatur per text. in L. uerbis legis, de uerb. ſignif. ubi expreſsè dicit I.C. lege 12. tabularum conceſſum fuiſſe teſtatori ut haberet plenam poteſtatem diſponendi eo modo quo uelit: Ergo non erant ita aſtricti teſtatores, quin pro parte poſſent decedere teſtati, & pro parte inteſtati. Item hoc probatur in L. Ius noſtrum, De reg. Iuris, ubi expreſsè probatur ius accreſcendi à iure Romano proficiſci, dum text. dicit, ius noſtrum. Huc accedit etiam, quod non parũ noſtram ſententiã probare uidetur, quod uidemus Legem interdum concedere, ut quis poſsit decedere pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus, ut in milite L. ſi miles, una cum pluribus alijs, ſupra de milit. teſta. quia ius Romanorum conceſsit militibus ut teſtari poſsint eo modo, quo uelint & poſsint L. i.
9. De milit. teſtam. † Et ita tenendo non obſtat textus in d. L. Celſus. In primis enim uerbum illud, iure antiquo, non debet exponi, lege 12. tabularum, ut Accurſ. ibi exponit, atteſtante etiam Bart. in L. i. ſupra eod. tit. noſtro. Quia Lex 12. tabularum dicitur ius antiquiſsimum, quod probatur in L. i. Et ibi Iaſon in pr. C. unde uir & uxor, Et in L. 2. §. i. De orig. Iur. nimirum Ius 12. tabularum primum in ciuitate fuiſſe, præter leges regias & Curiatas. Secundo clarius oſten-

oſtenditur, longe aliam mentem & ſententiam eſſe I. C. quam gloſ. & Bartolus intellexerunt, Hoc enim ibi uult dicere I. C. portionem tranſire ad alium abſque ullo onere: eiuſque rei tradit rationem: quia illud, inquit, iure antiquo capit. Quaſi dicat, filius ſecundum legem 12. tabularum præfertur omnibus, & ab inteſtato ſuccedit, prout apparet in Inſtitut. De hæred. qualit. & differ. quem textum gloſa ibi adducit. Iſta igitur fuit cauſſa ob quam I.C. uoluit, ut portio accreſceret alteri abſque onere: Non autem ſenſus eſt, ut ius accreſcendi habeat originem á Lege 12. tabularum, cum illo tempore omnino fuerit incognitum. Ex quibus ſatis intelligitur gloſ. & Bartol. ibi perperam expoſuiſſe illud uerbum, iure antiquo. Et argumento quoq; eſt ex legibus 12. tabularum ius accreſcendi originem non trahere, quod in fragmentis 12. tabularum, quę quidem hodie in manibus ſunt, nullum de hac re uerbum habeatur, & argumentum ualeat ab enumeratione, per notata in §. actionum, in Inſtitut. de actionib.

† Quantum ad tertium, an ſcilicet ius accreſcendi 10.
proueniat á iudicio teſta. an á diſpoſitione Legis, maxima eſt controuerſia inter DD. Scribentes communiter in Rubr. C. Quando non pet. part. petent.

accreſ. & ibi nouiſsime Cagnolus, uolunt ius accre-ſcendi prouenire ex iudicio teſtatoris. Quorum po-tiſsimum fundamentum eſt in L. Si Titio & Mæuio, §. Iulianus ſup. eod. lib. 2. ibi, quaſi ſubſtitutus, ex qua dictione impropria colligitur prouenire ex taci-ta teſtatoris uoluntate, & ex coniecturis, non autem ex expreſſa ſententia. Ad idem comprobandum ad-ducitur textus in L. ſi in teſtamento, De uulg. & pu-pill. Quorum ſententia, ut dictum eſt, receptior eſt. Contrariũ uoluit gloſa in L. apud Iulianum, §. Idem Iulianus in gloſ. ibi, item ademit, ad Trebell. Dum gloſa ibi dicit, uenire ex Legis fictione, non ex teſta-toris uoluntate. Alexander in d. L. Si in teſtamen-to, communem ſententiam defendens, reſpondet ad illam gloſam, quod intelligi debeat de expreſſo teſta-toris iudicio, non autem de tacito, & dicit, ius accre-ſcendi prouenire principaliter ex diſpoſitione legis, tacito tantùm iudicio teſtatoris, ibidemq́ Alexander hoc addit illam ſuam interpretationem gloſæ prius incognitam fuiſſe iuris Profeſſoribus. Sed ut ani-maduertit Præceptor meus in Rub. C. Quando non petent. par. pet. accreſc. in ſecundis cõmentarijs iſtud dictum prius poſuit Caſtrenſis in d. §. Iulianus. Et ad-ducebat text. in L. Seruus communis de acq. hæred. Sozinus uerò in d. L. Si mihi & Titio, abſoluté uo-lebat ius accreſcendi prouenire ex diſpoſitione legis, prout dixerat glo. in d. §. Idem Iulianus. Et pluribus argu-

argumentis mouebatur: Præcipuum tamen eius argumentum erat in d. L. In teſtamento, ubi dicebat eſſe caſum, cum expreſſe dicat I. C. per L. alteram, & ſic teſtatoris iudiciũ excludere uidetur. Et pro ipſius ſententia ultra ipſum facit textus, cum ratione ibi in d. L. Ius noſtrum, de regul. Iuris, ſicut etiam infra dicam. Sed præceptor meus in d. loco reconciliando ſententias, dicebat Sozini ſententiam non aduerſari DD. communi ſententiæ. Nam ipſi etiam fatebantur, principaliter ius accreſcendi prouenire ex legis diſpoſitione, non tamen negari poſſe, quin ueniat etiam ex teſtatoris iudicio, ſaltem tacitè d. L. Si Titio & Mæuio, ibi, quaſi ſubſtitutus. Nam licet non ex expreſſo teſtatoris iudicio proueniat, tamẽ tacite prouenit. Si enim ex expreſſo teſtatoris iudicio ueniret, tunc locum non haberet ius accreſcendi, quia indiſtinctè teſtator prohibere poſſet, quod negatur. Si quis tamen diſputando uellet Accurſij ſententiam in præallegato loco tueri, facile poſſet, cum ſit certum ius accreſcendi non prouenire ex teſtatoris iudicio, ſed legis diſpoſitione. Nam quod accreſcendi ius uideatur reſpicere teſtatoris uoluntatem apparet ex eo, quod teſtator illud prohibere poteſt, ut Bart. uoluit in L. Quoties, §. Si duo, De hæred. inſtit. cuius ſententiæ communiter ſubſcribunt. Idemq; aſſerit Corneus in d. L. Quoties. Et de hac quæſtione alias dixi in L. nemo poteſt, ſup. eod. tit. lib. 1. † Veruntamen 11.
G 3 placet

placet mihi ſententia, cum declaratione tamen Sozi= ni, quod ius accreſcendi principaliter ueniat ex legis diſpoſitione, tacite tamen ex teſtatoris iudicio. Nam ſemper debemus actum iudicare, prout principalis cauſſa prædominatur arg. L. Si quis nec cauſſam, Si cert. petat. Sed ius accreſcendi principaliter ex lege prouenire patet ex d. L. Si in teſtamento. Et hæc fuit ratio cur I. C. in d. L. Si Titio & Mæuio, §. Iulianus, dicebat, quaſi ſubſtitutus, Quia principaliter non ex teſtatoris iudicio, ſed ex Lege ius accreſcendi ema= nat: aliàs enim ſubſtitutus ſimpliciter à I. C. nuncu= patus fuiſſet. Nec obſtat textus in d L. ſi ſeruus com= munis, De acqu. hæred. ibi, tacito iure, quia ſenſus eſt, ob tacitam uoluntatem, quæ in iure conſidera= tur, non autem quod diſpoſitio legum ſit tacita, quia expreſſa eſt, ut apertis uerbis dicit I. C. in d. L. ſi in teſtamento, ibi, abſolutè per Legem, & ſic abſolutè & expreſsè. Facit quoque pro hac ſententia textus in d. L. Celſus, ibi, iure antiquo capit, & ſic à Lege, prout gloſ. ibi exponebat, id eſt, Lege duodecim ta= bularum. Etſi teſtatoris iudicium conſideratur, hoc non principaliter ex Legis diſpoſitione prouenit, ſed ex ratione d. L. ius noſtrum, De regu. Iur. Et actus ſemper iudicandus eſt ex eo, quod principaliter ei ineſt. d. L. Si quis nec cauſſam, Et in eo in quo eſt potentior, L. Quæritur, De ſtatu hom. uenit ius ac= creſcendi ex fictione ſeu præſumptione legis conie= cturatur

ſturatur tantum teſtatoris ſententia ut ſi cogitaſſet, idem ſtatuiſſet, arg. L. Tale pactum, §. fin. cum ibi notat per gloſ. Bart. ac DD. De pact. L. De his, cum ſimilib. C. de reuocand. donat.

† Quarto ius accreſcendi proprie & improprie acscipitur: proprie inter coniunctos uerbis, Improprie 12.
inter † coniunctos re, quia res tunc mihi non accreſcit, ſed non decreſcit, ut gloſ. & DD. dicunt. Nam 13.
quando res in ſolidum duobus relicta eſt, uterq; habet ius proprium in re, Et portio delata non dicitur mihi accreſcere proprie, ſed non decreuiſſe, prout in d. L. Si mihi & tibi, ibi, ex meo legato, & ſic ex cauſſa propria. Et inter iſta iura plures doctrinę conſtituuntur prout per Iaſonem, qui quatuor refert in euidentialibus, de quibus infra dicam.

† Ex his infertur unũ, quod in hac materia obſeruandũ eſt, duplex ſcilicet ius eſſe, unũ accreſcendi, alterum non decreſcendi. Recentiores Senenſes mirabantur hos terminos à Doctorib. uſurpari, affirman tes nullo modo poni poſſe ius nõ decreſcendi, pręſer tim cũ barbare ita dicatur, nec latinũ ſit uerbum, decre ſco, uerũm in hoc rectè damnantũ à Ticin. cum à I. C. latinitatis ſtudioſis hoc uſurpatũ inueniamus, ut conſtat ex L. Peculium. De pecul. ibi, peculiũ naſcitũ, creſcit, decreſcit ac moritur. Sed ultra I. C. auctoritatem, facilè eſt demonſtrare, etiam alios optimos latinę linguę auctores hoc uerbo uſos eſſe, inter quos libenter 14.

Cicero

Ciceronem, latinæ linguæ parentem adduco, qui in lib. de diuinatione ita inquit: oſtreiſq; & conchylijs omnibus contingere, ut cum luna pariter creſcant ac decreſcant. Plaut. in Curcu. ualetudo decreſcit, ac creſcit labor. Martial. Decreuere greges, quum cadit agna frequens. Celſus lib. 1. cap. 6. ubi febris decreuit liberaliter oportet aquam tepidam potui dare. Et pluribus alijs auctoritatibus huius uerbi latinitas euinci poſsit, quas breuitatis ſtudio omitto. Cæterum dum doctores bimembrem diuiſionem faciunt Iuris accreſcendi, ut ſupra dictum eſt, in quam manifeſtum errorem inciderint, nemini uel leuiter ſaltem in iure uerſato ignotum eſſe poteſt. Neq; enim id aut apud ueteres I. C. aut apud Imperatores uſpiam legitur, ſed merum commentum gloſatorum & interpretum habendum eſt. Quare cum non reperiatur erubeſcere debemus, illam bipartitã diuiſionem ponendo L. iſtam, cum uulgar. C. de collat. Etiamſi lex aliquam differentiam conſtituere uideatur inter illam diuiſionem, quæ fit ex uerbis teſtatoris, & inter illam quæ fit per concurſum, Exemplum, quando teſtator legat fundum Mæuio & Titio æquis portionibus, tunc ab initio partes legatarij conſequuntur: non item, quando teſtator dicit, Titio fundum Cornelianum lego, & fundum Cornelianum Mæuio do lego, quia tunc omnes in ſolidum ad fundum uocantur, quantumuis poſtea ex concurſu diuidatur fundus.

dus. Nam licet quantum ad uerborum figuram diuerſimodè legatarij uocentur: tamen in effectu de neceſsitate deueniendum eſt ad rei diuiſionem per concurſum, quia Legatarij in ſolidum eandem rem nullo modo habere et poſsidere poſſunt L. Si ut certo §. Duobus uehiculum, Commod. L. 3. §. ex cõtrario. De acq. poſſeſs. cum ſimilib. Et in effectu deuenitur ad rei diuiſionem quocunq; caſu & tempore, ideo uerba cum effectu cõſideranda ſunt. L. i. §. Hoc uerbũ. Quod quis uis in al. ſtat: &c. Et nõ ſolum partium diuiſio conſideratur in effectu per concurſum, uerum ab ipſo initio lex facit diuiſionem, ut expreſſe Vlpianus dicit in L. Plane, la. i. §. Si cõiunctim, ſupra eod. lib. i. ibi, conſtat ab initio partes fieri, qui textus loquitur generaliter in qualibet cõiunctione. Et cũ in ſubſtantia, & principali cauſſa non differant, cum ſemper, ut dictum eſt, ad rei diuiſionem perueniatur, ideo non debent differri ſpecie. L. fin. de fund. inſtru. Inſtit. de rer. diuiſ. §. fin. cũ ibi notat. Et quod ius accreſcendi indiſtincte & omni caſu & in qualibet coniunctione nuncupari debeat ius accreſcendi, & non, ius non decreſcendi, expreſſe apparet per I. C. Vlpianum in L. Inde Neratius, de uſufru. accreſc. ubi eadem res duobus in ſolidum relicta erat, & tamen ibi I.C. inquit, referendo Celſi. I. C. ſententiam dicentis, toties eſſe ius accreſcendi, quoties in duobus, qui in ſolidum habuerunt, concurſu diuiſus eſt

uſusfructus, hoc idem dicit in L. i. §. Interdum, eod. tit. Et ſic appellatur ibi ius accreſcendi, non autem, ius non deſcreſcēdi. Quod ſi uera eſſet DD. doctrina, alio uerbo uſus fuiſſet: Quod cum nec ibi, nec alibi uſpiam à I. C. factum ſit, cum facere potuiſſent, ueriſimile eſt, quod noluerūt, arg. L. unicæ §. Sin autem ad deficientis. C. de cad. toll. & apparet etiã ex L. Hæc ſcriptura, §. fin. & L. ſi ſeparatim, infr. de condit. & demonſ. ibi, accreſcit, & non dicit, non decreſcit: tantum gloſſa ibi exponit, hoc eſt, non decreſcit, quæ mera eſt uiolatio illorum iurium. Et licet aliquando differentia conſtituatur à lege inter coniunctum re tantum, & uerbis coniunctum tantum, uidelicet circa onera ſufferenda in parte deficienti hoc non prouenit ex iuris diuerſitate, quia in ſubſtantia eadem ſunt, ſed ex accidente, prout Bart. & DD. omnes fatentur. Stante igitur hoc pro uero, plures inutiles quæſtiones ponuntur hic per Bart. & ſcribentes, dum conſtituunt plures differentias; debet autem ſemper magis inſpici naturalis ratio, quam accidens, L. Qui habet de tutela §. Pauonum, & §. Gallinarū, Inſtit. de rer. diuiſ. L. ſi quis poſthumos, ubi DD. De lib. & poſth.

15. † Circa ultimum, ob quam nempe rationem introductum fuerit ius accreſcendi, DD. uarias rationes adducunt in L. noſtra & etiam in L. unica C. quan. non peten. part. & quidem hæc communiter

à DD.

à DD. ratio traditur, ne ſcilicet quis decedat pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus, Quod probari dicebant, per tex. in L. ſi duobus, à contrario ſenſu ſup. de teſtam. milit. Decius uero Præceptor meus dicit in d. L. unica melius hoc probari in §. non autem, qui eſt uerſiculus §. hæreditas. Inſtit. de hæred. inſtit. quam rationem ſequuntur (ut dixi) DD. antiqui & fere omnes recentiores, prout patet in hac lege noſtra per Ripari, & Lancello. Polit. ſequitur Alciat. lib. paradox. c. 19. qui confirmat ex eo quod uidemus in legatis ius accreſcendi locum non habere, ut in L. dominus. §. i. iuncta glo. de uſufru. quem quis utat, quæ ratio in ſe ſimpliciter non procedit, ſed eam confirmando dicerem, coniungendo diuerſas rationes, introductum eſſe ius accreſcendi ad tollendam contrarietatem & repugnantiam, quæ eſſet in teſtamento ſi teſtator decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, cuius rationis ratio eſt quã expreſſe I. C. poſuit in L. ius noſtrum non patitur, de regu. iur. dum dicit ibi tex. ius noſtrũ nõ patitur, ut quis decedat pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus, quia naturaliter inter ſe pugnãt, ut quis pro parte decedat teſtatus & pro parte inteſtatus, & nõ tamen dicit abſolute naturalẽ pugnam eſſe, quia nõ poſſet lex concedere militi, ubi enim eſt naturalis contradictio, non poteſt à lege confirmari. L. ubi repugnantia de reg. iur. Sic ergo apparet finalem eſſe

rationem legis ob quam introductum eſt ius accre- ſcendi, contrarietatē tollere à qua lex ſemper abhor- ruit ut in L.i.C.de furt.& ibi Bald.eſt etiam tex. in L. Si ut certo §. duobus uehiculum Commo. ad idem eſt tex.in L.3.§.ex contrario.de acquir.poſſ.

16. Primo colligitur † Quomodo coniunctio re di- catur uidelicet quando eadem res duobus ſeparatim legatur, hoc intelligas ut diximus in præludijs quan- do eſſet eadem res relicta in ſpecie, ſecus uero ſi in quantitate. Item niſi teſtator fundum in plures par- tes diſtribuiſſet, quia tunc eſſent plures fundi, & pro diuerſis iudicaretur & perinde eſſet ac ſi omnino eſ- ſent re diſiuncti, d.L.huiuſmodi.§.i.

Secundo colligitur ibi in uerbo uidentur, ſecun- dum Crot. hic coniunctos re proprie non dici con-
17. iunctos, cū I. C. utatur uerbo uidentur † quod ſui natura improprietatem denotat. L. i.§. deieciſſe, de
18. ui & ui arma: cum ſimilibus † ex quo inferebat ad iura Municipalia: loquentia de coniunctis ut non
19. continerentur reduntaxat coniuncti † quum ſta- tuta ſint proprie accipienda L. 3. §. hæc uerba & ibi Bart. & D D. de neg.geſt.facit tex.in L.i.§. is qui na- uem, de exerci.Bart.in L.i.§.hoc interdictū, de fon- te, ubi dicit. Quod ſi ius Municipale prohiberet mu- lierē geſtare margaritas & gemmas, nō haberet lo- cum in fictis & adulterinis gemmis, quia ſtatutorum uerba ſunt uere & non ficte intelligenda, hoc idem Bart.

Bart. in L. i. in fine de donation. Iſtud notabile nunq̄ mihi placuit & per iſtum tex. noſtrum, conſunditur, primo quia non eſt ſimpliciter uerum, ut uerbum uidetur denotet fictionem, immo ueritatem interdum denotat, ut patet in L. ſeruum filij. §. i. ubi glo. in uerbo Adita ſup. eod. lib. i. Ad idem eſt tex. in L. Naturaliter, in principio, de acquir. poſſeſſ. & ibi Aret. no. Vbi Ias. quoq; plura dicit, ſed eſt notabi. dictum Bal. in Rub. ex. de preſumptio. col. ij. ubi ponit magiſtralem doctrinam & oſtendit quod uerbum uidetur quando poteſt denotare ueritatem, ſignificet ueritatem, ſi uero non poſsit quod tunc improprietatem ad denotet. idem dicit Bald. locum habere tex. in d. L. i. §. deieciſſe, ut in effectu attendatur ſemper materia, quod autem uerbum uidetur in tex. noſtro ſignificet ueritatem, manifeſte hoc oſtenditur, cū uerbū iſtud, reſpiciat coniunctos uerbis tam ſicut re coniunctos, & tamen uerbis coniuncti omnino proprie & uere ſunt coniuncti. Ideo iſtud uerbum cum plura reſpiciat debet æqualiter determinare, per regulam uulgarem quæ habet quod terminus reſpiciens plura determinabilia debet æqualiter determinare. L. iam hoc iure ſup. de uulg. & pupill. L. quamuis. C. de impub. & ali. ſubſtitu. idem probatur in tex. noſtro. dū tex. dicit. Præfertur cæteris etc. Ergo præſupponit omnes coniunctos æqualiter eſſe, idem probatur per eundem Paulum in d. L.

triplici. Vbi proprie accipit coniunctos ſecundum titulum illum in quo tractatur de proprietate uerborũ L. Imperatores de in diem additi. & tamen utitur uerbo uidetur.

20. † Tertio nota ibi. Si uero uerbis &c. quomodo inducatur coniunctio uerbis tantum uidelicet quando per teſtatorem partium diuiſio facta fuerit, uidelicet æquis portionibus ut in tex. noſtro dicitur, quia tunc re coniunctio tollitur. Idem erit, ſi alia uerba teſtator appoſuerit uidelicet pro dimidia parte uel ſimilia, ut idem Paulus dixit in d. L. triplici. & ex hoc apparet quod licet legatum propter concurſum reſcindatur, ut in d. §. ſi eadem res Inſti. de leg. tamen diuiſionis factæ expreſsio operatur eo quia per aliũ modum exprimitur diuiſio. Nam diuiſio partium per concurſum fit diſpoſitione legis, in caſu uero iſto ex teſtatoris uoluntate, & merito illa regula locum non habet expreſsio eorum quæ tacitè inſunt, nihil operatur. L. iij. & ibi DD. ſup. titu. noſtro, L. non recte cum ſimilibus. C. de fideiuſſ. & ita ille textus limitatur per textum in L, iij. §. filius ſup. de lib. & poſthu.

21. † Quarto colligitur quod ſub ſimplicibus contineatur mixtum, ut patet in tex. noſtro cum Paulus Iureconſultus duntaxat mentionem fecerit de duplici coniunctione & tertiam omiſerit, de qua ex-

preſſe.

preſſe dicit in d. L. triplici, nõ uero ob aliã rationem omiſit. I. C. niſi quia ut dictum eſt ſatis dictum erat de duabus coniunctionibus ad illam regulam quod ſub ſimplicibus contineatur mixtum. tex. in L. ij. cum ibi not. per glo. de uerb. oblig.

Quantum uero ad iſtud dictum diſtinctio fit per DD. Quod aut ſumus in fauorabilibus, aut in odioſis. Primo caſu ſub ſimplicibus continetur mixtum. L. ſi ita ſcriptum in princip. ſup. de lib. & poſth. Secundo uero caſu non continetur iuncta L. uim paſſam, §. præſcriptione ad L. Iul. de adulte. & propterea diſputatio fuit inter DD. antiquos ſi Pontifex concederet poteſtatem legato uel Comiti Palatino legitimandi † ſpurios & inceſtuoſos, an haberet poteſtatem legitimandi utrinque coniunctum 22. ſpurium ſcilicet & inceſtuoſum, & dicebatur quod ſic quia ſumus in fauorabilibus per d. L. ſi ita ſcriptum, ubi expreſſe dicitur propter humanitatẽ quandam caſus mixtus continetur ſub ſimplicibus, ſecus in odioſis. L. Si ita ſcriptum, de lib. & poſthu. Vnde etiam inferri poteſt quod ſi eſſemus in materia diſpenſatiua quæ eſt odioſa c. i. la. ij. ex. de fil. presb. in vi. Quod iſto caſu caſus mixtus non contineretur, nec fieret extenſio etiam à maiori ratione, ita nota. dicebat. Hoſt. in c. poſtulaſti de reſcrip. quod eſt contra regulas iuris cum ſemper fiat extenſio ubi ſit eadem

eadem ratio L. illud cum uulg. ad L. Aquili. & ideo notabiliter uoluit Mari. Soz. antiquus in conſ. 63.
23. lib. i. † Quod ſi conceſſa eſſet poteſtas teſtandi Cardinali de fructibus beneficiorum ſuorum, quod tali caſu non eſſet conceſſa poteſtas codicillandi, quod eſt expreſſe contra tex. & DD. omnes in L. ij. ſup. eodem tit. noſtro, ubi ponitur regula: Quod qui habet poteſtatem teſtandi habet etiam codicillandi poteſtatem, & tamen in dicto caſu regula illa non procedit, quia ſumus in materia odioſa, & ita alias dum Romæ eſſem uidi deciſum. Et de hoc dicto uide quæ alias dixi in d. L. ij. de leg. i.

24. † Quinto colligitur ibi quoniam &c. Quod licet teſtator uocaret plures hæredes uel legatarios ad eandem rem, tamen ut ſæpiſsime dictum eſt per concurſum deuenitur ad rerum diuiſionem. Ratio duplex eſſe poteſt, Prima quia dominium eiuſdem rei non poteſt eſſe apud duos. L. ſi ut certo §. duobus uehiculum Commod. hoc idem uidemus in poſſeſsione L. iij. §. ex contrario de acquir. poſſeſſ. Secunda eſſe poteſt quam I. C. notat in L. ſi coniunctim ſup. tit. noſtro, quia teſtator ſemel uoluit rem preſtari & non ignorare ſuos hæredes.

25. † Sexto colligitur ex tex. noſtro ibi igitur. Quod dictio iſta ponitur ſecundū Ripari, inceptiue & hoc procedit ſecundum intellectum glo. Bart. & aliorum.

aliorum. Sed ſecundum alium intellectū hodie magis communem, non manet inceptiue, ſed magis illatiue, quia I.C. illationem facit, pluribus quoq; modis iſta dictio conſideratur, quandoq; inducit argumentum à contrario ſenſu L. ſi procuratorem §. ſi ignorantes cum gloſ. in uerb. Igitur, & interdum exponitur pro deinde ut Inſtit. de tutel. in prin. ubi hoc non probatur, ſed magis probatur ibi inceptiuè conſiderari.

† Septimo in uerbo præfertur colligitur effectus iuris accreſcendi ex prędictis coniunctionibus, quando portio unius ex coniunctis uacauerit uel defecerit ut præferatur ille qui re & uerbis coniunctus eſt, & iſte eſt uerus ſenſus I. C. & non quod intelligatur circa diuiſionem fundi. Nam circa diuiſionem fundi nulla eſt prerogatiua inter iſtos coniunctos, quia æqualiter diuiditur fundus: hoc probatur in d. §. ſi eadem res ubi text. dicit, quod ſi eadem res legetur ſiue coniunctim ſiue diſiunctim ſcinditur inter eos legatum ęqualiter. Diximus in facti ſpecie uerſ. iſtum Præfertur, poſſe intelligi duplici modo. Primo, Separatim inter coniunctos ſeu uerbis tantum, ſeu re tantum. Secundo modo intelligi uno & eodem momento, quando triplex coniunctio concurreret in portione unius uacantis, quod præferatur ille cæteris omnibus qui re & uerbis coniunctus eſſet. 26.

Octauo colligitur in eodē uerbo præfertur duas

27. rationes ſimul unitas unam uincere, † & eodem modo duo uincula unum ſuperare. Vltra textum noſtrum ſolet ſemper adduci textus in authen. itaque C. Commun. de ſucceſsione, ubi in ſucceſsione fratris inteſtati præfertur frater utrinque coniunctus. & ita Bartol. ibi adducebat textum noſtrum hic, quod duo uincula magis ſtringant quam unum. Si uero eſſent fratres diſiuncti tunc in bonis maternis præferretur paternus frater, in maternis bonis uterinus prout gloſ. & Doctores dicunt, facit id quod Doctores dicunt in L. ex facto, in principio ſupra de uulgari & pupillari. Quod ſi parentes ambo fecerunt ſubſtitutionem filio exemplariam, quibus conceſſum hoc eſt L. humanitatis intuitu C. de ſubſtitutione, quod in dicto concurſu ſubſtitutus paternus præfertur alteri in bonis paternis, in maternis uerò bonis præferretur ſubſtitutus maternus. Iſta regula hic poſita per textum noſtrum uera eſt uniuerſaliter, ut duo uincula & iura potiora ſint quam unum L. cohæredi §. cum filius ſupra de uulgari & pupillari, pro hac etiam regula eſt optimus text. in L. ſed & milites in principio. de excuſatione tut. & ibi Baldus per illum textum notabiliter dicebat. Quod ſi concurrant Marchio & Comes, & Marchio tantum, quod præferatur, qui ſit Marchio & Comes, ex cuius dicto inferri poteſt, illud procedere,

quia

quia ſumus in diuerſis † dignitatibus, ſi uerò eſſe- 28.
mus in eiſdem dignitatibus, dictum Bald. non pro-
cederet. Nam ſi unus Comes uel Marchio habe-
ret plures Comitatus uel Marchionatus, non pro-
pterea preſtantior eſſet altero, quia illæ dignitates
ſunt eiuſdem gradus, ex dicto Baldi tamen infertur,
ut dicit Panor. in ca. i. ext. de conſanguinitate & af-
finitate † quod Doctor Theologiæ & Decreto- 29.
rum præferri debeat ſimplici Theologo, quia ſunt
diuerſæ dignitates, ſecus ſi eſſent eiuſdem generis,
nam Doctor Theologiæ ſimplex præfertur Docto-
ri Iureconſulto uel utriuſque Iuris Doctori, quia
dignitas illa ſola præſtantior eſt cæteris, & ideo
Cæſar & Pontifex præferuntur omnibus etiamſi u-
nus Rex haberet plura regna. Nam propter plurali-
tatem Regnorum quis non eſt præſtantior altero,
ſuper quo audiui litem fuiſſe apud Venetos, Ponti-
ficem & Cæſarem, inter legatum Regis Hiſpaniarum
& Regis Gallorum de prælatione, tandemque cauſ-
ſam remiſſam fuiſſe ad ſummum Pontificem & de-
ciſum fuit pro Rege † Gallorum, quia illa regia 30.
dignitas eſt præſtantior cæteris, & illæ omnes
erant eiuſdem gradus, ut etiam dicebat aliás Ro-
manus in conſil. 314. Quoad primum, ut regula
illa procedat, Contrarium uidetur uoluiſſe Caſſa:
in ſuo compendio de gloria mundi, ubi in ſpe-

cie infert ad Regem Hiſpaniarum, ſed quia lis pendet inter maximos Chriſtianos principes nolo decidere, refero me ad ea quæ in meo compendio prærogatiuarum & prælationum dicam ubi ſimiles quęſtiones ponam. Circa hanc Regulam textus noſtri Ripa. hic ponebat quatuor exceptiones, Quarum una notabilis eſt, ſcilicet ut illa regula procedat, quando ambo iura in ratione habentur in eadem materia de qua agitur. Secus ſi unum duntaxat conſideretur abſque alio, ueluti in materia feudorum, ubi in ſucceſsione conſideratur duntaxat agnatio & tunc non eſſent duo uincula potiora, quia ſola conſideratur agnatio, ita notab. dicebat Bald. in c. i. ex. de grad. ſucceſsio, & ita quoque limitabat tex. in d. autho. itaque C. Commu. de ſucceſsio.

Abſolutis Notabilibus iam ad explicationẽ gloſſarum deſcendam, & accipio primo glo. primam in
31. uerb. Separatim, in qua Accurſ. ponit exemplum in ſpecie eius quod I.C. in genere dixerat, puta. Si teſtator dixerit Titio fundum & eundem fundum Sempronio lego, tunc iſti erunt re coniuncti, quia diuerſis ordinationibus ſunt uocati, Exemplum Accurſij à Rapha. Cum. cęteriſq; DD. ut hic latè per Iaſ. damnatur, quia huiuſmodi exemplum non ſolum inducat coniunctionem realem, uerum etiam uerbalem, quia ſub unitate ſermonis uocati ſint, quo caſu dicuntur uerbis coniuncti. Nam nominum & rei complexus

ut I.C.

ut I. C. inquit in d. L. triplici coniungit perſonas re & uerbis. Iſta ſententia Accurſ. damnatur, primo per Bart. poſt Pet. & alios antiquos, atq; omnes DD. receduntà ſententia glo. excepto Pet. de Beſut. ſubtili doctore qui Accurſium defendere conatus eſt, ut facilè poteſt defendi. Nam nemo negare poteſt, quin in iſto exemplo non ſubintelligatur tacite uerbum Lego, & illa oratio per ſe procedere non poteſt, alias eſſet error in Grammatica contra tex. in L. Plautius infra de aur. & arg. leg. confirmatur iſta ſententia. Nam certùm eſt quod unitas uerbi inducit coniunctionem uerbalem & unum corpus facit ut in d. L. unica §. ſin aut ex his, uerſ. hoc ita tam uarie C. de caduc. toll. quod nullo modo in prędicto exemplo eſſe poteſt, quia unitas ſermonis inducit corpus, & quandam teſtatoris ſpecialem affectionem arg. L. cohæredi §. qui diſcretas ſup. de uulg. & pup. & pro ſententia Accurſij optime facit etiam tex. in d. L. triplici ubi I. C. in omnibus exemplis quando dicantur re & uerbis coniuncti ponit unum uerbum ſimpliciter, & in illa oratione nullum aliud ſubintelligitur. Tertio pro hac ſententia eſt caſus in L. Mæuio ſupra tit. i. ubi ponitur per I. C. exemplum Accurſ. & tamen ibi nullo modo dicuntur perſonæ illæ à teſtatore ſic uocatæ, re & uerbis coniunctæ, ſed duntaxat re, apparet ergo quod quando ſubintelligitur uerbum non inducitur coniunctio uerbis, & quod

non ſint coniuncti re & uerbis id manifeſtum eſt, cum text. dicat, quod ſi Seij portio deficiat, utriq; accreſcit. Ergo non erant re & uerbis coniuncti: quia ſi fuiſſent re & uerbis couiuncti, prǽferretur ille, qui re & uerbis coniunctus eſſet, prout expreſsè dicit I. C. noſter hic: unde datur manifeſtè intelligi, exemplum Accurſ. uerum eſſe, & ita tenendo non obſtat ratio ad ducta per Bald. pro communi ſententia in L. ſi for tidianũ C. eod. titu. ubi Bal. dicebat, quod licet uerbum ſubintelligatur, ſcilicet, lego uel relinquo L. cũ pater §. imperfecta & ibi glo. ſup. eod. tit. proximo, tamen tacitus iſte intellectus non debet inducere cõiunctionem uerbalem: alias ſequeretur ſecundum ipſum, quod ſemper legatarij eſſent diſiuncti, cũ propter ſpecificam perſonarum commemorationem induceretur diuiſio L. cui fundus inf. de condit. & demonſt. quia ad hoc reſpondetur, quod nõ poteſt induci coniunctio uerbalis niſi ſit copula, Et uel ſimiles articuli, qui operantur ut diuiſio non fiat, prout expreſsè dicit I. C. in d. L. triplici. Non obſtaret etiam textus, qui uidetur obſtare in §. ſi eadem res Inſtit. de legat. cum Imper. exemplum ponit in ſeparatis, quando uere duplex uerbum apponitur, ergo apparet uerbum ſubintellectum non inducere uerbalem coniunctionem, Reſpondetur autem duobus modis, & primo quidem non eſſe colligendũ argumentum à contrario ſenſu contra alia iura, cum expreſsè

conſtat de L. Mæuio. Vel ſecundo, quod etiam apparet in exemplo poſito, ibi per Imperatorem de re & uerbis coniuncto, quod aliud exemplum procedere poſſet, quod tum Impe. denegare uidetur, & ex his apparet, ſententiam Accurſij non obſtantibus dictis DD. de iure procedere poſſe.

Venio ad commentaria Bart. in quibus Bart. ingenium ſuũ intendit ut omnes DD. fatentur. Quantum ad primam oppoſitionem de L. pater de uſufr. accreſ. duæ ſolutiones traduntur per Bart. & in effectu tres uidentur, licet Bar. primum duas pro una acceperit & prima pars primæ ſol. eſt, quod ibi ſimus in diuerſis teſtamentis: quæ ſol. ab omnibus damnatur & ipſemet Bartol. recedit ab ea, dum dicit, Verior hæc eſt. Secunda pars primæ ſol. eſt diuinatiua, quia ibi nullum uerbum apponitur ex quo colligi poſsit eſſe duo teſtamenta, & ſolutio diuinatiua reijcienda eſt. arg. L. ſi putator, ad L. Aquil. Item non ſolum eſt diuinatiua iſta ſolutio, uerum ex uerbis textus apparet unum & idem fuiſſe teſtamentum, ex quo uſus fructus legatus erat à ſingulis hæredibus, ergo non eſt uerum de pluribus participare L. ultima ſupra de uulgari & pupillari. Confirmatur etiam, quia dicere, quod ibi eſſent duo teſtamenta, & omne iſtud conſiſtat in facto, † & facta non præſumuntur, 32.
niſi probentur L. in bello §. factæ de capt. & poſtl. reuerſ. not. in L. ſciendum, de uer. oblig. probatur

etiam

etiam unicum fuiſſe teſtamentum propter compara-tionem factam per teſtatorem, dũ text. ibi dicit. Per-inde eſt ac ſi æquis partibus. Iſtud uerbum denotat unum fuiſſe teſtamentum, ut in L. interdum in prin-cip. ſup. de hæred. inſtitu. erit ergo ſecunda ſol. ue-rior ſcilicet quod ideo ibi ſit, quia à diuerſis hæredi-bus, prout etiam hoc ſentit expreſsè glo. in d. L. pa-ter. & cùm à diuerſis perſonis eadem res debeatur, perinde eſt ac ſi diuerſę res legarentur, quo caſu nul-lo modo eſſet locus iuri accreſcendi, prout dicit text. in L. huiuſmodi §. quibus ſup. eod. lib. i. & hoc ſen-tit I. C. in d. L. pater, dum ibi dicit, inter prędictas per ſonas non erit locus iuri accreſcendi, quia diſtinctæ ſunt. Secunda ſol. non eſt uera, prout etiam Bart. fa-tetur, & ratio eſt, licet Bart. dicat, dicere quod ibi non erant re coniuncti, quia non erat locus iuri accreſcen di hoc modo dicere, eſſet eadẽ ratio cum dicto, quod eſſe non poteſt L. final. & ibi Bart. de offic. procur. Cæſ.

In ſecunda oppo. Bar. duæ principales concluſio-nes colliguntur. Prima eſt quod ſi teſtator dixerit,
33. † quod Titio legaui, lego Sempronio, quod iſto caſu non inducatur ademptio legati prout gl. uolebat in d. L. ſicut, infra, de adim. leg. quem tex. ſic gl. intelli-gebat. Hanc ſententiam Bar. DD. communiter ſe-quuntur, ut apparet hic per Iaſ. per iura adducta per Bart. in d. L. Iulianus de hæred. inſti. & per L. triplici in fine.

in fine, de uerb. ſignific. & hanc eandē ſententiam Bart. tenuit Cum. Paul. Caſt. in L. quod traditum infra de conditi. & demonſt. & in pluribus alijs locis DD. ſequuntur hanc, licet dicant in puncto iuris ueriorem eſſe ſententiam Dy. Pro hac ſententia communi adducitur quoq; tex. in L. ſi pluribus. ibi. Niſi euidentiſsime ſup. eod. lib. i. Tertio adducitur tex. in L. ſi ita ſcriptum Titius, ſup. de hęred. inſtit. ultimo adducitur tex. in d. §. ſi eadem res. Inſt. eod. † Contrariam uerò partem plures DD. ſequuti ſunt, quod ſi teſtator dixerit eo modo, de quo ſupr. huiuſmodi uerba inducant ademptionem legati in totū, & hanc ſententiam Dyni DD. fere omnes antiqui tenuerunt, ut apparet per Iac. But. Fran. Tigurinum, Pet. & Cyn. in L. ſi fortidianum, C. eod. tit. & hanc ſententiam tenuit Rom. in d. L. Iulianus, & omnes fere recentiores, prout apparet hic per Crot. Ripar. Lancell. Polit. Senenſem, & Alci. hic in quibuſdam ſuis ſcriptis nuperrime editis, & etiam idem Alciat. in d. L. triplici. in uerbo, pro parte, qui omnes unanimiter dicunt uerìſsimam eſſe ſententiam Dyn. quę munita eſt iuribus & rationibus: Iuribus, primo per text. in d. L. ſicut, ubi caſus, inducendo illum text. quatuor modis, prout inducitur per Petr. de Beſut. & Iaſ. hic, & ultra prædictas inductiones hic text. poteſt induci in quantum I.C. ibi facit æquiparationem de ademptione & translatione, cum ergo in adem- 34.

K ptione

ptione adimitur in totū legatum, ita etiam in trans‑
latione, & hoc apparet Inſt. de adempt. lega. §. tranſ‑
ferri, ubi Imp. ponit eundem caſum & uerba, prout
in d. L. ſicut, & uoluit quod in totum translatio fa‑
cta fuiſſet, ergo etiam in iſta tacita ademptione: pro
hac ſententia Dyn. eſt text. & caſus in L. non ad ea
inf. de condit. & demonſt. ubi expreſsè I. C. indu‑
cit ademptionem uoluntatis propter illa uerba, de
quibus in d. L. ſicut, & reſponſio Bart. ad illum tex.
non obſtat, quia diuerſificat tantum factum, nō rem,
prout clarè demonſtrabimus in ſecunda concluſio‑
ne: probatur etiam iſta ſententia ratione. Nam ſi i‑
ſta uerba ſub commemoratione prioris legati, non
operarentur tacite legati ademptionem, nihil opera‑
rentur, quod nullo modo permittendū eſt, cum ſit
contra regulam iuris in L. ſi quando ſup. eod. lib. i.
in c. ſi Papa, de priuileg. in vi. & in L. ſi quando &
ibi glo. & Doctores C. de inoffi. teſtam. & propte‑
rea cum ex natura uerborum & ex teſtatoris mente
poſita fuerint huiuſmodi uerba ſic præcepta, ſequi‑
tur, ut dicit tex. in d. L. ſicut, ut inducatur ademptio
legati in totum. Et ita tenendo, non obſtant iura ſu‑
pra adducta: & primo tex. d. L. Iulianus, cum d. L.
triplici, quia ut dictum eſt, iura illa loquuntur in hæ‑
reditate, ſecus uerò in legato, de quo quærimus, &
ratio diuerſitatis manifeſta eſt inter hæredem & le‑
35. gatum. † Nam legatum abſq; ulla expreſsione teſta‑
toris

toris reuocatur, d.L.ex parte, Imõ, ut diximus, etiam poſt obitum teſtatoris, ut DD. dicunt & Bar. in L. fideicõmiſſum, C. de fideicom. facit etiã bonus tex. in L. diuus Seuerus inf. de adim. leg. quod ſi teſtator dixerit & nominauerit libertũ ſuum peſsimum, quod ꝓpter illud uerbũ cenſebitur reuocatum legatum, non ob aliam rationem, niſi qđ facilè adimantur legata, qđ ſecus eſt in hęreditate: nam in reuocatione hęreditatis non ſolum tacita non ſufficit uoluntas, imõ nec expreſſa, niſi ſit ſolenniter facta, ut patet in d.L. ex parte. Ex pluribus etiam alijs conſtare poteſt, maximam eſſe differentiam inter hęreditatẽ & legatum, poteſt etiam reſponderi, prout antiqui reſpondebant, qđ prædicta iura loquantur non eo modo, prout loquitur tex. in d.L. ſicut, nam aliud eſt dicere, Quod Titio legaui, lego Sempronio, aliud eſt dicere, in ea parte qua inſtitui Titium, inſtituo Sempronium, quia non colligitur teſtatoris ſenſus, quod uoluerit inducere ademptionem portionis hæreditatis, quia ſumus in parte quotatiua, tunc enim inducitur ademptio hæreditatis, quotieſcunque teſtator utatur uerbis expreſsis importantibus reuocationem, prout eſt textus in L. ſi ita ſcriptum, Titius, ſupra de hæred. inſtitut. ubi dicitur Titius hæres, imõ Seius mihi eſto. iſto caſu induciẽ ademptio hæreditatis, & Seius ſolus eſt hęres, quia ultimo loco nominatus eſt, qđ ſecus fuit in d.L. Iulian⁹ & in d.L. tripl. Et hoc modo nõ obſtat

 tex, in

tex. in d. L. ſi ita ſcriptum; nec obſtat etiam text. pro communi ſententia in d. §. ſi eadem res, quia tex. alio modo loquitur, nam aliud eſt dicere: Titio lego fundum, eundem fundum lego Sempronio. nam illa dictio, Eundem, importat ademptionem legati. Secus uerò ſi teſtator dicat hoc modo abſolute, fundũ quem Titio legaui, lego Sempronio, facit etiã pro hac ſententia Dy. tex. in L. Non ad ea, ubi eſt caſus pro eius ſententia, neq; obſtat reſponſio Barto. prout apparebit in ſecunda concluſione. Et iſta ſententia Dyn. ueriſsima eſt, & probatur manifeſtè ultra prædicta. Nam non eſſe ueram ſententiam gl. & Bart. ad tex. in d. L. ſicut, ſcilicet quod illa uerba nihil operarentur, liquido apparet, nam in dicto caſu non erant dicti legatarij neq; re, neq; uerbis coniuncti, ſi tacite in parte inducatur ademptio ſecundum illos, & per conſequens uti perſonæ ſeparatæ nullo modo poterunt aliquid acquirere iure accreſcẽndi, cum inter ſeparatas perſonas locus non eſt iuri accreſcendi, d. L. penult. de uſufr. accreſ. & inf. dicemus: ergo remaneret obiectio adhuc alio modo contra text. noſtrum, cum tex. dicat illos eſſe re coniunctos, propterea neceſſe eſt confugere nos ad diſtinctionem Dyni, quæ uera eſt, & quoad terminos d. L. ſicut & quoad concordiam L. noſtræ.

36. Secunda concluſio ex dictis Bar. colligit̃, † qđ commemoratio prioris legati, inducat ademptionẽ legati

ſi ſu-

ſi ſumus in eadem perſona, ſecus uerò ſi ſumus in diuerſis perſonis, argu.tex. in L.i.in fine.de ſtipu.ſeru. iuncta glo. ubi clarius dicit Bar.in L.qd' traditũ, cum duab.LL. ſequentib. inf. de condit.& demonſtr.ubi ponit rationem diuerſitatis, quare magis hoc inducatur in perſona unius quam in diuerſis, & iſta ſententia Bar. eodem modo à DD.hic communiter approbatur excepto Iaſ. & recentiores ſequuntur hanc diſtinctionem Bartoli, † quæ tamen peccat eodem 37.
modo quo prædicta. ſiquidem magis diuerſificat caſus ſeu uerba quã rem ipſam, caret enim omni ratione iſta diſtinctio, ſententia autem Dyn. uera eſt, ſiue ſimus in eadem perſona, ſiue diuerſis: & probatur in L. translatio. inf. de adim.leg.inducendo, ut per Iaſ. hic. Secundo etiam iſta ſententia damnatur à Iaſ. per tex. in L. quid ſi alij eod. titu. de adim. leg. Iſtis iuribus Riparius & alij recentiores conãtur reſpondere, ſed in effectu bene dicit Iaſ. hic, & iſta ſententia Bart. licet communiter recipiatur, tamen non procedit ſicut prima concluſio,& uera eſt diſtinctio Dy.in quo libet caſu, ut commemoratio prioris legati inducat ſemper tacite legati ademptionem d. L. ſicut, † ſiue 38.
ſimus in eadem perſona, ſiue in diuerſis, non enim propter diuerſitatem perſonarum uel eiuſdem perſonę debet eſſe differentia, quia iure hoc cautum non eſt, legem non habemus, quæ ita diſtinguat, immò iura generaliter dicunt, nec faciunt differentiam, ut

patet in d. L. ſicut, & d. L. non ad ea, & reſponſio Bart. nulla eſt ad tex. in d. L. non ad ea, neque cadit reſtrictio Bar. & ratio eſt, quia I.C. ibi generaliter loquitur, licet loquatur in eadem perſona, non propterea mouetur I.C. ad ita ſtatuendũ, quia ſumus in eadem perſona. Immo I.C. generaliter uoluit teſtatorem præſumi reuocare legatum, quotieſcunq; fecerit commemorationem prioris legati, & hæc eſt ratio, in qua fundat ſe I. C. uti ibi expreſſe apparet in tex. cum ergo ibi generalis ſit ratio, generalis debet eſſe determinatio L. i. §. generaliter, cum aliis ſimilibus inf. de leg. pręſtand. Nam ratio declarat & reſtringit dictum, non è contra, L. cum pater §. dulciſſimis ſup. tit. i. neq; exempla ſolent reſtringere regulam & rationem, L. lege damni infecti, cum ſimilibus, de dam. infe. & quod iſta ſit mens I. C. in d. L. non ad ea, comprobatur in d. §. transferri, inſtit. de ademp. leg. ubi etiam non ſit differentia per Imper. ibi, Commemoratio prioris legati fiat in teſtamento eodem, ſiue in codicillis & in diuerſis diſpoſitionib. quæ à pari procedunt, arg: L. plane §. i. ſup. tit. i. Non obſtat ratio diuerſitatis, quam Bart. clarius aſsignat in d. L. quod traditum, & I.C. in d. L. non ad ea, quod facilius inducatur nouatio in eadẽ perſona, quã in diuerſis per tex. in L. i. §. fin. iuncta gl. de ſtipul. ſeruor. quẽ tex. Bar. hic adducebat in argumẽtum. Iſta enim ratio nihil ad rem facit: quid enim debemus conſiderare

rare

rare circa nouationem: nam iſta diuerſa ſunt, & ex diuerſis nō debet fieri illatio. L. Papinianus exuli, de Minorib. L. naturaliter §. nihil cōmune, De acquir. poſs. & ex iſtis aliisq; pluribus, quæ adduci poſſent, apparet ſententiam Bartol. & communem in prima & in ſecunda concluſione procedere non poſſe.

In tertia oppoſitione Bar. de d. L. tripli. colligitur, quod quando plures perſonæ ſunt uocatæ in eadem oratione ſoluta, conuertitur in coniunctam, ſecus in diuerſis orationibus, ut patet in d. §. ſi eadē res. Circa hanc oppoſitionem Bart. nihil addendum eſt niſi quod † Imperatores alio modo dicēdi uſi ſunt, quam I.C. ut coniuncti uocentur, qui ſint re & uerbis coniuncti, uel uerbis tantum, alij appellentur diſiuncti & ſeparati. 39.

In quinta oppoſitione Bart. duę concluſiones colligi poſſunt ſecundum Crot. hic † prima eſt, quod re & uerbis dicantur coniuncti, quando dictum ſit. Titio & Sempronio lego fundum, ut per glo. in d. L. ſi duobus §. fin. ſup. eod. tit. lib. i. & in hoc multū inſiſtit Crot. quia Pet. contrarium tenebat, ut Bart. hic dicit. Communis tamen gloſ. & Bart. ſententia eſt, quæ uera eſt, ut patet per tex. noſtrum hic, & per tex. ubi caſus in d. §. ſi eadem res. 40.

† Secunda concluſio eſt, ut dicant̃ uerbis coniuncti tantum quando teſtator dixerit Titio & Sempro. 41.

lego fundum æquis portionibus, ut in text. noſtro.

42. † Tertio colligitur limitatio ad regulam illam, ut expreſsio eorũ quę tacite inſunt nihil operetur, quando hoc euenit ex diſpoſitione legis. Secus uerò ſi ueniat ex uoluntate perſonę, L. talis ſcriptura de lega.i. & ita limitatur tex. in d. L.3. ſup. eod.lib.i. cum alĳs. Ad unum tamen aduertendum eſt, quod contra tex. noſtrum uidetur plurimum pugnare tex. in d.L. triplici, ubi ſi dictum fuerat, Titius & Mæuius ex parte dimidia mihi hæredes ſunto, dicunt̃ re & uerbis coniuncti, quod eſt contra text. noſtrum in ſecunda

43. parte. † Sed reſponderi poteſt defendendo I. C. quod illa expreſsio dimidię partis hæreditatis non inducit inter hæredes diuiſionem partium hæreditatis, ſed perinde eſt ac ſi hæredes uocati eſſent abſq; partibus. Et illa expreſsio ponitur ad differentiam alterius dimidiæ hæreditatis, in qua erant alĳ hæredes ſcripti.

Abſolutis oppoſitionibus Bart. hanc materiam pertractans per quæſtiones, incipit diſputare, Primo coniunctionem hominis & teſtatoris. Et ex dictis eius in prima Quęſtione colliguntur duæ

44. concluſiones, Prima eſt † ut ſi teſtator legauerit Titio decem, & Sempronio decem legauerit, quod inter eos non cadat coniunctio neq; re, neq; uerbis, eo quia prædictæ perſonę uocatę ſunt ſub diuerſis conceptionibus uerborum. Et iſta concluſio probatur per

per Bart. poſt Petr. Nam uidemus, quod diuerſitas perſonarum facilius inducit multiplicationem legati, quàm eadem perſona. Nam in eadem perſona ita demum inducitur, ſi ſumus in diuerſis ſcripturis L. quinquaginta, alias, quingenta, de probatio. Ergo multó facilius debet hoc cõſiderari ſub diuerſis conceptionibus uerborum. Iſta concluſio communiter à D D. noſtris hic recipitur, prout etiam per D D. in L. ſtipulatio iſta §. eum qui, de uerb. oblig. placet mihi concluſio communis † ſed non per rationem 45.
Pet. & Bart. quæ non procedit ſimpliciter in eadem perſona, propterea dicerem rationem diuerſitatis eſſe, quod ideo in caſu iſto non inducitur coniunctio realis in quantitate, quia diuerſa eſt differentia inter ſpeciem & quantitatem. Nam quantitas ſui natura multiplicabilis eſt, quod ſecus eſt in ſpecie, prout dicit tex. in L. ſi pluribus, ſup. eod. lib. i.

Secunda concluſio eſt, quod quando legatum factum eſt ſub eadem conceptione uerborum. Titio † & Sempronio lego decem, tunc inducitur con- 46.
iunctio realis. Iſtæ duæ concluſiones licet in ſe ueræ ſint, tamen uidetur eis aduerſari tex. in d. L. ſtipulatio iſta, §. eum qui, nõ obſtante reſponſione Bart. quod attendenda ſit promiſsio, quæ eſt unica conceptio uerborum, non autem curandum eſt, quod diuerſæ ſint conceptiones uerborũ ab interrogatione. Iſta enim reſponſio non uidetur tollere contrarium.

Nam quando promiſſor dicit, Promitto, perinde eſt ac ſi dictum fuerit, Tibi decem, & Sempronio decem dare promitto, & ſic ſint duæ promiſsiones & uerborum cõceptiones, quia talis cenſetur eſſe reſponſio, qualis præceſſerat interrogatio, §. præterea, Inſt. de inutil. ſtipul. Si uellemus defendere Bart. & cõmunem ſententiam, non uideo quomodo defendi poſſit, niſi dicatur, quod in quantum ille dicit, promitto, perinde eſt ac ſi dixiſſet, tibi, & Titio decem dare promitto: quo caſu uere erit una conceptio uerborum & unica promiſsio, & hoc uidetur ſentire, I.C.
47. † ſi quis eum bene perſpexerit, in d. L. ſtipulatio iſta, §. eum qui, & iſta fuiſſet melior reſponſio. Item prædicta hic per DD. facientes differentiam inter ſpeciem & quantitatem procedunt, quãdo eſſemus ſimpliciter in quantitate, ſecus uero ſi quantitas haberetur loco ſpeciei & corporis, prout dicit tex. in d. L. ſed etſi certos, ſup. eod. lib. i.

Et ex prædictis Iaſ. hic inſerebat ad quæſtionem,
48. Si † teſtator relinqueret 1000. filiabus ſuis, an iſtud legatum intelligi debeat collectiue uel diſtributiue, ſcilicet an omnes ſimul debeant conſequi 1000. uel quælibet earum. Iaſ. hic remittit ſe ad ea quæ tradit Alex. in L. qui filiab. §. i. in princip. ſup. tit. i. In hac
49. † quæſtione Bar. uoluit iſtud legatũ intelligi debere diſtributiue, & nõ collectiue, in L. ſi plurib. ſup. eod. lib. i. arg. in d. L. qui filiab. §. i. Imol. uero in L. ſi ita ſcriptum

ptum ſit filiab. in princip. ſup. tit. i. contrariũ uoluit, ut intelligi deberet collectiue, & ratione mouebat. Nã cũ iſta ſit oratio indefinita apta æquipollere uniuerſali, collectiue & diſtributiue, in dubio ergo debet magis accipi collectiue, q̃ diſtributiue, ut minus grauetur hæres, prout lex ſemper in dubio præſumit, per d. L. ſi ita relictũ, ſup. titu. proximo, per tex. in L. apud Iulianũ §. uero, ſup. eod. lib. i. adducit etiam Alex. qui ſequitur ſententiã Imolæ. tex. in L. quidã. §. ſi tibi, cũ ſeq. & ſubſeq. in uerb. Quarta debeatur, infr. de reb. dub. & adducit optimũ tex. ubi caſus, in L. qui quartã §. fin. ſup. eod. lib. i. ubi Bar. idẽ ſentit, & ſemetipſum corrigit, & iſte tex. ſic inducitur per Alex. cõtra Bart. Nã ex quo I. C. ibi uult quod ſi teſtator dixerit. Lego filiab. 1000. habet locũ inter eas ius accreſcẽdi: ſi enim uocarẽtur filiæ diſtributiue, inter eas nõ haberet locũ ius accreſcẽdi. Nã tũc idẽ eſſet, ac ſi in diuerſis rebus eſſent uocatæ, quo caſu inter diuerſas res ius accreſcẽdi locũ nõ habet. L. huiuſmodi. §. quib. & ibi Bar. per illũ tex. ſup. tit. i. † Hanc communnem ſententiam 50.
dicerẽ procedere, quando nulla cauſa eſſet expreſſa in legato, ſecus uero ſi teſtator dixiſſet, Lego filiabus meis 1000. nomine dotis: iſto caſu deberet magis intelligi iſtud legatũ diſtributiue, quã collectiue. Nam ex quo cauſa eſt expreſſa, ſi patrimoniũ teſtatoris patitur, tunc cuilibet danda erunt 1000. Nam in cõſtituenda dote attenditur patrimonium teſtatoris

 & dantis,

& dantis, & etiam natales utriuſq; partis, ut dicit I. C. in L. cum poſt, §. gener. de iur. doti. & hoc maxime procederet, ſi eſſemus in illis locis, in quibus fœminæ eſſent excluſæ ab hæreditate paterna ex forma ſtatuti, quia iſto caſu æquum & iuſtum eſſet, ut quælibet haberet congruam dotem. Nam dos ſuccedit loco legitimæ, ut Bar. & DD. dicũt in L. Titio centum §. Titio genero infr. de conditio. et demonſtrat. & ibi. DD.

In ſecunda Quæſtione Bart. duæ concluſiones
51. colliguntur. Prima quod ſi † duobus res ſeparatim relicta fuerit hoc pacto, ut quilibet habere debeat in ſolidum, non ſunt re coniuncti. Quam concluſionẽ Bart. DD. omnes indifferenter ſequuntur hic, qui licet nõ audeant recedere ab ea, alias tamen ego
52. dum in ſcholis uerſabar, † ſequebar contrariã ſententiam: & in eadem adhuc perſiſto, & reperio Alciat. hic in quibuſdam ſuis commentarijs idem ſentire, licet nihil adducat, & Ripar. quoq; idem tenet. quod ſcilicet in hac Quæſtione iſti dicantur re coniuncti: nam certum eſt, quod omnes uocantur ad eandem rem ex uerbis teſtatoris, & ex iudicio expreſſo, et omnes petere poſſunt fundum in ſolidum, & quod hoc ſit uerum, apparet, quia hæres omnibus obligatus eſt in concreto dare fundum, & licet non omnes eum poſsint conſequi, ſat eſt, quod omnes petere poſsint. Quod autem omnes petere poſsint,

& quod

et quod omnibus competat actio, apparet aperte per tex. in d. L. ſi pluribus, ubi I. C. uult quod ille conſequatur rem, qui prius litem conteſtatus fuerit, ex quo apparet, quod omnes agere potuerant. Item facit pro hac ſententia, quod debemus cõſiderare potentiam & impotentiam: omnes petere poterant fundum in ſolidum, tũc idem iudicandum eſt de potentia, ſicut de actu. L. penul. & ibi Bald. ſup. de mili. teſta. Item licet non omnes poſsint conſequi rem inſolidum, hoc prouenit ex legis diſpoſitione, quæ non permittit duos eſſe dominos in ſolidum. L. ſi ut certo §. duobus uehiculum. Commod. L. Mæuius, §. duobus. ſup. tit. i. Tamen non propterea debet conſiderari diſiunctio rei. Et ita tenendo non obſtat quod dicit Bart. hic, quod non poſsint dici re coniuncti, quando non fiunt partes per concurſum, quod neceſſarium eſt, L. idem Neratius de uſufru. accreſ. quia reſpondetur, quod fit concurſus. Nam ut dixi, omnes poterant petere fundum, qui concurſus tollitur poſtea ex impoſsibilitate rei, & cum omnes petere poterant, & in executione rei unus habeat rem, alter æſtimationem, qui habet rei æſtimationem, perinde eſt ac ſi rem haberet. L. et ſi rem & precium, de petit. hæred. Si ergo ius accreſcendi conſideras, ita demum, quando fiunt partes per con curſum, hic etiam fit concurſus de toto quo ad totum, ſicut de parte quo ad partem, & tunc ualidũ eſt.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

argumentum de toto quo ad totum ſicut de parte quo ad partē.L.quæ de tota & ibi Bar.de rei uendic.

Secunda cōcluſio eſt, quod requiratur pro decla-
53. ratione † legis noſtræ,totiuſq; materiæ,ut etiam legatarij uel hæredes uocentur ex expreſſo iudicio teſtatoris, quod eſt, quando cum partibus uocantur, ſecus uero,ſi ſine partibus: quia tūc tacite uocantur, L.item quod Sabinus,§.idem ait,ſup.de hæred.inſtitu.& Bart. ſingulariter intelligit iſtū tex. ex cuius intellectu ſingularis redditur deciſio I. C. in d.L.item quod Sabinus,& ita DD. omnes ſequuntur,hic & ibi,& deciſio I. C. uere ſingularis eſt, quod ibi nulla ſit prorogatiua in duobus hæredibus ſcriptis in uncia, quia uocati erant ſine partibus, quod tantum uideretur ſufficere, cum aliter uerificari non poſſet diſpoſitio teſtatoris arg.L.i.& ij.ſup. de lib. & poſthu. Raph.Cum.opponebat L.triplici,de uerb.ſigni.ubi hæredes uocati erant ſine partibus, & tamen dicuntur re & uerbis cōiuncti. Reſpondebat duobus modis,ut hic per eum. Prima ſolutio, quod ibi eſſent hæredes ſcripti cum partibus. Reijcitur hic à Iaſ.quia eſt diuinatiua. Secunda reſponſio non uidetur uera, in quantum dicebat, quod dicerentur re coniuncti, ex quo ex uerbis I. C. erant, hoc eſt contra tex. illum: propterea reſponderi poteſt defendēdo Bartolum, quod ille tex.debeat intelligi cum partibus,& hoc nō eſt diuinare,quia dubium de quo querit I. C. ibi, reſultat

ſultat ex præcedentibus exemplis, in quibus ſcripti erãt cum partibus hæredes, & hoc etiam apparet in ſequentibus exemplis, & hoc modo dicendum eſt, ut iura iuribus concordentur. c. cum expediat, de electi, in vi. L. unica cum uulg. C. de Inoffi. doti.

In tertia quæſtione unica duntaxat cõcluſio colligit. Quod ſi dictũ ſit, Inſtituo Semproniũ in dimidia, & in eadẽ dimidia qua inſtitui Semproniũ, Meuium inſtituo: quod † iſto caſu ſint re cõiuncti, per d. L. 54.
Iulianus quoq;, ſup. de hæred. inſtit. & d. L. triplici, & ut DD. hic dicunt, non debebat Bart. proponere per uiam quæſtionis, ex quo iura aperte hoc dicunt, ut in illis iuribus apparet. Animaduertendum tamen eſt ad unum, licet DD. non dicant † quod non abſq; 55.
miniſterio Bart. poſuit quæſtionem in hæreditate, et non in legato: ſi enim quæſtio poneretur in legato, tunc nullo modo conſiderari poſſet cõiunctio. Nam ſi teſtator diceret, Titio lego fundum, deinde diceret, & eundem fundũ, quem Titio legaui, lego Sempronio. Si tenemus ſententiam glo. & Bar. in d. L. ſicut, prout Bar. ſup. in proxima quæſtione dicebat, cenſetur per iſta uerba ademptio facta fuiſſe in parte, & per conſequens, non poſſet conſiderari coniunctio, tanq; ſi eſſent res diuerſæ & ſeparatæ. d. L. huiuſmodi, §. quib. ſup. tit. i. Si uero tenem⁹ ſententiã Dyni, quæ uerior eſt, ut eam ſup. tenuimus, ut in totũ ſub iſta cõceptione uerborũ cẽſeatur ademptũ legatũ, minus poterit cõſiderari cõiunctio. In

In quarta Quæſtione plures concluſiones colli-
56. guntur † Prima concluſio eſt, quod primo caſu cõſideratur totum, uti genus & ſpecies, & iſto caſu nullo modo conſideratur cõiunctio rei: exemplum ponebat Bart. hic. Si uni teſtator legauerit totum fundum, alteri uero partem fundi, inter iſtos non erit coniunctio uerbalis, ea ratione, quia generi per ſpeciem derogatur. L. uxorem. §. fœlicisſimo, & L. ſeruis urbanis, in fine, infr. eod. tit. noſtro c. generi per ſpeciem, de reg. iur. in vi. Et iſta concluſio nullam habet difficultatem.

57. † Secunda concluſio, quod ſi totum conſideratur uti ius integrale, & uti partes integrales, ueluti in uſufructu, iſto caſu legatarij erunt re coniuncti, ut probat tex. in L. ſi alij, infr. de uſufru. leg. & cum hac concluſione D D. omnes pertranſeunt, excepto Saly. hic, qui ſubtili ratione improbabat hanc ſententiam Bart. & communem, eo quia proprietarius, qui habet fundum, habet uſumfructũ cauſalem, alter uero qui habet uſumfructum ſeparatum à proprietate, dicitur habere uſumfructum formalem, & licet nihil adducat, tamen ita uoluit Bart. in L. qui uſumfructũ. infr. de uerb. oblig. apparet ergo ſecundum ipſum, quod diuerſæ erunt iſtæ qualitates, & per conſequens diuerſæ res. Si ſunt diuerſæ res, non poteſt conſiderari coniunctio realis, nec ꝑ ius accreſcendi, L. huiuſmodi. §. quibus, cum alijs iuribus. Saly. uero

non

non recedendo à communi ſententia dicebat, quod tum iſtæ qualitates non differunt in ſubſtantia & origine, & propterea non conſideratur diuerſitas rerũ. Alciatus uero hic reaſſumit argumentum Saly. Vltra Alciat. hic conuincitur, quod uſusfructus non poſsit conſiderari uti pars integralis, eo quia illa dicitur pars integralis, quando totum conſiſtere non poteſt. L. malum nauis, de uerb. ſig. DD. latiſsime dicunt, & ibi etiam dixi in Rub. ſup. tit. noſtro. lib. i. Sed fundus conſiderari poteſt deducto uſufructu, ut apparet per eundem tex. quem Bart. adducit in d. L. ſi alij, & pluribus alijs iuribus, merito apparet uſumfructum non eſſe partem integralem in fundo, et pro hac ſententia eſt tex. in L. fundi appellatione, iuncta glo. de uerb. ſigni. ubi fundus conſideratur uti genus, alia uero uti ſpecies. Sed ſpecies reſpectu generis non eſt pars integralis, quia perempta una ſpecie, remanet genus in alijs ſpeciebus, ut Bar. noſter hic quoq; dicit. Item probatur argumentum Sal. quod diuerſæ ſint qualitates etiam in ſubſtantia, ut conſtat in L. i. de uſufru. ubi definitio ſolet ponere ſubſtantiam rei definitæ, ut per definitionem. I. C. apparet diuerſum eſſe in ſubſtantia uſumfructum formalem & cauſalem. Et propter hoc & alia, quæ adduci poſſent, apparet ſententiam Bart. & communem non poſſe procedere. Niſi defendendo † Bart. & communem aliquis dixerit, quod Bart. large conſidera- 58.

uerit uſumfructum, uti partem integralem in fundo, ſed quia fundus abſq; uſufructu non dicitur integer fundus, licet ſit fundus, & facit id quod dicitur in L. ſi uſusfructus nomine, de uſufr. & quē, quis utat. & in L. an uſusfructus, de uſufru. leg. ubi ſi perpetuo ſeparatur uſusfruſtus à proprietate, nō ualidum eſt legatum, quia inutilis hoc modo eſſet proprietas, & hoc modo conſiderando, procedere poteſt ſententia Bart. & communis. Si uero ſtricte loquimur, & ex proprietate ſermonis, nullo modo procedere poteſt propter ſupradicta.

59. Tertia cōcluſio ex dictis Bart. colligitur, † Quod ſi uni relictus ſit fundus, alteri uero uſusfructus eiuſdem fundi, Quod iſto caſu dicantur reconiuncti in uſufructu, L. ſi alij, infr. de uſufru. leg. ubi eſt tex. ſin-

60. gularis, cuius diſpoſitionē ſingulariter † limitabat Bald. in L. quoties, §. fin. C. famil. herc. ut procederet, quando uni relictus eſſet fundus in ſpecie, & alteri in ſpecie relictus eſſet uſusfructus eiuſdem fundi. Secus uero ſi legatum uſusfructus eſſet factum in genere omniū ſuorū bonorū, & ponit quæſtionem,

61. † Quod ſi teſtator reliquiſſet uni fundum, uſumfructum uero omniū bonorum ſuorū reliquiſſet uxori, quod tunc uxor debeat habere integrum uſumfructum: mouetur Bald. per tex. in L. fideicommiſſum, infr. ut in poſſeſs. leg. ubi Bald. dicit ſibi hoc in facto contigiſſe, & ita conſuluiſſe, & licet D D. non adducant lo-

cant locum conſilij, conſuluit tamen in conſ. 159. Incip. Super alio conſilio lib. ij. Hanc ſententiam Bald. ſecutus eſt Saly. in d. L. quoties, & plures ſecuti ſunt, ut apparet ex his, quæ tradit Iaſ. hic & DD. in L. cum quæſtio. C. eod. titu. Et ultra prędicta, adde Ang. in Inſt. de uſufru. §. i. col. i. ubi dicit opinionem Baldi eſſe æquiorem. Contrariam ſententiam tenet Caſtr. conſulendo, ut patet in conſ. 104. Viſo puncto, ubi in ſpecie tenet contra Bart. per tex. in L. Sempronio, ubi caſus L. i. de uſufru. leg. & ibi Bar. hoc idem ſentit, inferendo ad quæſtionem noſtram, quando mariti relinquunt uxoribus ſuis uſumfructum omnium ſuorum bonorũ. Sententiam Caſtr. ſequitur Alex. in conſ. 66. col. i. & ij. lib. iij. licet de authoritate Bart. nullam faciat mentionem. Et in effectu iſta ſententia Caſtr. communis eſt, quam etiam communem eſſe aſſerit præceptor meus in conſ. 49. col. ij. uerſ. Non tamen uidetur recedendum. lib. 4. Et ultra prædicta pro hac communi ſententia facit optime, quia nulla ratio diuerſitatis aſsignari poteſt inter terminos, d. L. ſi alij, & quæſtionem noſtram. Cum ergo ſit eadem ratio, merito debet eſſe eadem iuris diſpoſitio. Immo dicendum eſt magis, quod maior ratio ſit in hac quæſtione, quam in terminis d. L. ſi alij. Accedit etiam pro hac ſententia, quia ſi uera eſſet ſententia Bald. ſequeretur abſurdum,

quod nullo modo permittendum eſt.L.ſcire.§.aliud cum uulg.de excuſat.tutor.uidelicet,quod magis generalis expreſsio operetur, quã ſpecialis, contra tex. in L.doli clauſula, de uerb. obligat. L. alimenta. §. baſilice,infr.de adim.leg. in L.ſanctio legum,de pœnis,facit etiam tex.in L.ſi alſj, de uſufru.& quem.quis uta. Et ita tenendo non obſtat ratio Baldi & aliorũ, Generi ſcilicet per ſpeciem derogari,quia reſpondetur,Quod in terminis noſtris non ſumus in diſpoſitione in genere & in ſpecie, ſed in alſjs terminis.

62. Quarta concluſio quæ colligitur eſt,Quod quando † totum conſideratur uti integrale, & partes uti quotatiuæ, tunc recurrendum ſit ad diſtinctionem, L.cum quæſtio. C. eod.tit. ut ſi primo partem reliquerit,deinde totum,inducatur ademptio, & per cõſequens non habeat locum coniunctio. Si uero primo totum, & alteri partem tertiam uel quartam legauerit,tunc fiat concurſus.

63. Quinta & ultima concluſio colligitur, † Quod genus non perimatur, licet tollatur ſpecies, quia remanet genus in alſjs ſpeciebus remanentibus, & in qualibet parte ſui generis reſtituitur L. inter agnatos,infr.Vnd. cog. L. ſi quid eorum.§.interemptũ, infr.eo.titu.

64. Vnum tamen non omitto, ad declarationem totius materiæ,prout dicunt hic Senenſes † Quod ita demum locum habeat coniunctio realis, Si res

fuerit

ſuerit propria teſtatoris: Secus uero ſi res legata eſſet aliena, quia in re aliena eſſet impoſsibile conſidera-re coniunctionem realem. Nam coniunctio realis præſupponit dominij translationem, & non habet locum in re aliena. Si non transfertur dominium, non poteſt conſiderari concurſus. Nam concurſus præſupponit dominium, & hoc apparet in L. Si pluribus, ibi. Si alter uendicet. ſup. eod. lib. i. & in omnibus alijs iuribus, ubi conſideratur concurſus. Si ergo non datur concurſus, non poteſt conſiderari realis coniunctio, & per conſequens, nõ eſt locus iuri accreſcendi. d. L. inde Neratius, cum ſimilibus. Riparius hic & Alciat. redarguebant hanc declarationem, quod immo etiam in re aliena locum habere poſsit coniunctio realis. Nam dicebant ipſi. Si uera eſſet ratio ipſorum, quod eo, quia non tranſit dominium in re aliena, non habeat locum coniunctio realis, ſequeretur ſecundum ipſos, Quod in legato optionis, quo caſu non tranſit dominium L. huiuſmodi. §. Stichum, ſup. eod. tit. lib. i. non deberet conſiderari coniunctio realis, quod tamen falſum eſt, ut patet in L. ſi tibi. §. unius hominis, infr. de opt. legat. placet mihi ſententia & declaratio iſtorum Senenſ. & eſt neceſſaria ad legem & materiam noſtram, & credo hoc idem DD. ſentire & præſupponere, quia rationes ipſorum inconuincibiles ſunt. Nam in re aliena nullo modo tranſit dominium, quia hæres nõ

tenetur præſtare rem, ſi non poteſt, ſed tenetur ad æſtimationem rei §. non ſolum, cum ſimilibus. Inſti. eo. tit. de leg. Ergo impoſsibile eſt conſiderare concurſum, & per conſequens, coniunctionẽ realẽ, quia concurſus præſupponit dominiũ, & ubi nõ eſt cõcurſus, non eſt locus iuri accreſcendi, ut ſup. dictũ eſt.

In ſecundo membro principali Bart. tria exempla ponuntur hic per Bart. quibus oſtendit, quando dicatur coniunctio uerbis, tamen de primo & ſecundo exemplo non eſt diſputandum, quia de primo caſus eſt in L. noſtra, de ſecundo eſt caſus in d. L. triplici. Tertium uero exemplũ, quando nimirum legatarij uocentur ſub nomine collectiuo, ſolus Iaſ. hic redarguit: quia Bar. ponit exemplum, ſi dictum eſt. Lego filijs fratris mei uel libertis & cognatis meis. Quia iſto caſu, dicit Iaſ. non erunt uerbis coniuncti tantum, ſed re & uerbis. † defenditur tamen Bart. Nam
65. is uoluit ſubaudire æquis portionibus, prout ſup. in duobus præcedentibus exemplis dixerat, neq; eſt uериſimile, Bartolum tam ſupine erraſſe, & quod iſta fuerit mens Bart. apparet per iura adducta per ipſum. quia dici ſolet, quod mens doctoris intelligenda eſt ſecundum iura per ipſum adducta.

66. † Quod ad obiectionẽ Bart. factã de L. Lucius teſtamento §. Lucius, ſup. tit. i. attinet, Bart. remittit ſe ad infr. dicẽda, ut patet in uerſ. Secũdo principaliter. Vera ſolutio eſt, qa ibi teſtator uoluit, ut unuſquiſq; haberet

haberet proprietatē illius fundi,& de quolibet conſiderauit,dum dicebat: Volo ut iſtud prædiolum nõ exeat de nomine familiæ,& hoc eſt quod I.C. ibi dicit ex mēte teſtatoris, merito quilibet cenſetur uocatus ad uirilem portionem.

Circa ſecundum membrum principale cõiunctionis uerbalis,in prima quæſtione Bart. nec non in 3. oppo.colliguntur nonnullæ concluſiones.

Quarū prima principalis eſt, quod copula, † &,po- 67.
ſita inter diuerſas oratiões nõ inducat coniunctionē uerbalē,& hæc eſt noua ſentētia Bart. contra omnes DD.antiquos,probatq; ſuã ſententiã,ut hic late per eum: potiſsimū aūt fundamentū illius eſt in L. ſicut, §.i.quibus mod. uſusfru.amitt.in quo tex. dicit Bart. eſſe caſum,quæ ſententia Bart.hodie cõmuniter recipitur,ut hic per DD. oēs,& fatētur omnes recentiores.Non deſunt tamē plures,qui ſuſtinere uolūt cõtrariū,ut patet hic late per Iaſ. & alios recētiores, qui pluribus medijs conantur damnare ſententiã Bart.& omnib.eius argumētis reſpondēt. Quantū ad tex.in d.L.ſicut, ubi eſt potiſsimū fundamentū, Bart.tribus modis reſpondēt, ut hic per Iaſ. Primo quod ille tex. loquitur inter diuerſas perſonas,quia Titius nõ conſideratur uti legatarius, ſed tanq̃ ſubſtitutus,& dicit ibi tex.Merito nõ inducitur coniunctio uerbis.Defendi poteſt Bar.quia non propterea Titius proprie habeē tanq̃ diuerſa perſona,ſed uti eadē,quia apparet ibi

ibi per illam notam improprietatis, qua utitur ibi I. C. Non obſtat ſecunda ratio, Quod ibi ſint uerba I. C. & non teſtatoris. Non propterea enim facienda eſt differentia. Nam licet ſint uerba I. C. tamen relata ſunt in perſonam teſtatoris. Minus quoq; obſtat tertia reſponſio, Quod ibi unus uocetur pure, alter ſub conditione, non enim ideo ſequitur, Quod ibi non ſit eadem diſpoſitio. Alia tamen ratione poſſet quis reſpondere ad illum tex. Quod ille tex. non probet intentionem Bart. Nam I. C. ibi non ponit quæſtionem ſuã ſuper copula, Et, ſed alia erat quæſtio apud I. C. Vt non eſſet locus iuri accreſcendi, quia non uidebatur eſſe idem uſufructus, poſteaq; amiſſus fuerat: ad quod contrarium reſpondet tex. Quod licet non ſint uerbis coniuncti, tamen re ſunt cõiuncti, quia idem eſt uſusfructus. Sed Bart. & communis ſententia manifeſte probatur, primo per tex. noſtrum in ſecundo exemplo, ubi ponitur unitas ſermonis ad inducendam coniunctionem uerbalem, non enim ſola copula hoc operatur: probatur clarius ſententia Bart. in d. §. ſi eadem res, uerſ. Coniunctim, Inſtit. de leg. ubi poſtq; dicit coniunctos eſſe ſcilicet uerbis, quando uocantur perſonæ ſub unitate ſermonis, diſiuncti dicuntur, & ſic non coniuncti uerbis, prout coniuncti & diſiuncti accipiuntur iure Codicis & Inſtitutionum, ubi Imperator dicit diſiunctos eſſe quando teſtator

in diuerſis

in diuerſis orationibus uocauerit plures perſonas. Immo dicit ultra, quod etiam ſi teſtator dixerit, eundem fundum do lego. Quod neq; illud relatiuum, Eundem, importet coniunctionem uerbalem, hoc erat propter diuerſas orationes, poſſet etiam adduci tex. in d. L. triplici, ubi tex. plura exempla poſuit, & ſemper ſub unico uerbo. Comprobatur etiã iſta ſententia per ea quę ſup. diximus à fortiori. Quod ſi dico, Titio fundum, Sempronio fundum do lego, ex quo tacite ibi ineſt uerbũ, quod non inducatur uerbalis coniunctio, licet ſit unicũ uerbum expreſſum, per tex. in d. L. Mæuio, ſecundum unum intellectũ, Ergo multo minus inducitur coniunctio uerbalis, quando ſunt expreſſæ duæ diuerſæ orationes.

Licet abſq; ulla hæſitatione pluries hanc L. repetendo, Bar. & aliorum ſententiam ſecutus fuerim: Hodie tamen reperio Theophilum ex diametro eis aduerſari in d. §. ſi eadem res, in Inſtitut. eod. tit. noſtro. Addẽdo Iuſtiniani codicib. ubi Gręcę ſic inquit: εἶπον γὰρ Τιτίῳ Στῖχον τὸν οἰκέτην ληγατεύω, Σείῳ τὸν αὐτὸν οἰκέτην ληγατεύω. ὥστε ὅτι μὲν ὁ, καὶ, σύνδεσμος παρὼν, *coniunctim*, ποιεῖ τὸ ληγᾶτον. εἰ δὲ μὴ γέγραπται ὁ, καὶ, *diſiunctim* αὐτὸ ποιεῖ. Hoc eſt: dixi Titio Stichũ ſeruũ lego, Seiũ eundem ſeruũ lego: ſic igitur coniunctio illa, Et, adiecta, coniunctim legatũ uideri facit, quod ſi adiecta non ſit, diſiunctim, Ex quibus uerbis manifeſtè apparet copulam, &, inter diuerſas orationes uerbis coniunctos inducere:

qui tex. ſi ita legatur, Bart. nouam ſententiam, licet à docto: receptam, perturbat, cum ibi ſit caſus copu-lam, Et, tantæ uirtutis & roboris eſſe, ut uocati in di-uerſis orationibus dicantur coniuncti, quem tex. ha-ctenus à nemine ad hoc propoſitum legi adductum. Et ſi antiquorū DD. tempore Theophili codex re-pertus fuiſſet, audacter ſecuti fuiſſent ſententiam Pet. & Ray. quam Iaſ. diſputando conabatur defendere, ut patet hic num. 80. cum pluribus ſequentibus. Ve-rum nullo modo eſt recedendum à Bar. & DD. ſen-tentia, & magis ſtandum eſt Iuſtiniani codicibus au-thenticis, & receptis, quam Theophili, qui non ſo-lum aduerſantur Iuſtiniano, uerū & Paulo I.C. no-ſtro in ſecundo exemplo, ut ſæpe dictum eſt. Item d. L. triplici. Et uiua ratione comprobatur: nam uerba-lis coniunctio cauſatur à uerbi unitate, hinc uerbi unitas inducit corpus, & ſic coniunctionem, ut ex-preſsè dicit textus infra L. unica, §. his itaque, uerſi-culo, Et hæc tam uarie C. de cadu. tollen.

68. Secunda concluſio acceſſorie colligitur, † quod ubi adeſt unitas uerbi, ibi inducaẽ coniunctio uerba-lis quocunque modo, ſiue inter orationes ſolutas & imperfectas, ſiue coniunctas: facit tex. in d. L. unica, §. licet his ita, uerſ. hoc ita tamen C. de cadu. tollen. Et ratio manifeſta eſt, quia coniunctio uerbis deſcendit ab unitate uerbi, & ubi non eſt unitas uerbi, ibi im-poſsibile eſt conſiderare coniunctionem uerbalem.

Nam

Nam ubi ſunt duæ orationes, ibi non eſt unitas, ſed duplicitas L. i. in princip. ſup. de uulg. & pupil. Et hæc eſt firma doctrina Bar. & communis, ut unitas uerbi pariat cõiunctionẽ uerbalẽ. Licet ita ſimpliciter DD. omnes pertranſeant, crederem tamen, imo audeo dicere, qđ non procederet ſimpliciter & abſolutè, quando unicum uerbũ poſitũ eſſet inter plures perſonas, Exempli gratia † ſi teſtator diceret. Titio fundum, 69.
Sempronio fundum, Caio fundum, Lucio fundũ do lego: ut iſto caſu, licet adſit unitas uerbi, non tamen introducta ſit coniunctio uerbalis, quia in tali oratione pluries cenſetur repetitum uerbum, &, licet uni cum uerbum ſit expreſſum in fine, hoc magis cenſetur appoſitum eſſe ornatus cauſa, uel ad tollendã continuam illam repetitionem uerbi, & ad hoc facit optime tex. in argumentum in L. Si ita quis hæredes, ſup. de hæred. inſtitu. ibi. Non tã coniunxiſſe, quam celeriter dixiſſe uideatur, quia celeritate quadam teſtator uſus eſt unico uerbo, facit etiam pro hac ſententia, id quod ſup. diximus defendendo Accurſium in exemplo primi dicti tex. noſtri, per tex. in d. L. Mæuio, in principio, ſecundum unum intellectum.

Tertia concluſio colligitur, quod † copula, Et, ſi 70.
poſita fuerit inter duas orationes æque pincipales, tunc non habet uim copulę, neq; inducit concurſum copulatorum L. i. de his qui not. infam. † Secus ue- 71.
rò ſi acceſſorie, quia tunc ſeruat ſuam naturam, & requirit concurſum copulatorum L. ſi hæredi, ſupra

de conditio. inſtitut. Et per hanc doctrinam Bar. hic poſt doctrinam Butrig. infert Crot. hic ad ius Municipale Florentinum, quo diſponebatur, quod contra debitores ceſſantes & fugitiuos procederetur ad captiuitatem debitoris, ut eiuſmodi ſtatutum uindicet ſibi locum in debitore, qui ceſſauit ſoluere, licet non ſit fugitiuus, ut ſic una qualitas ſufficiat, & quod non omnes qualitates uerificari debeant, ita refert in ſpecie iſtius ſtatuti uoluiſſe Roma, in conſ. 104. pater reuerende. Contra hanc deciſionem Roma. in ſpecie iſtius ſtatuti Crotus adducit Ange. contrarium dicentem in conſ. 61. Viſis ſtatutis, in fine col. 1. Parcat mihi Crot. Ang. non diſſentit à ſententia Rom. necꝫ uult Ang. Quod illæ duę qualitates ſimul concurrere debeant ad uerificandum ſtatutum, hoc uero dicit Ang. Quod ſi debitor citatus fuerit à iudice, & non comparuerit, poterit iſte debitor pronuntiari ceſſans & fugitiuus. Et pro confirmatione deciſionis Rom. facit optimum dictum Bald. in L. i. in ult. col. de iuſt. & iur. ubi uoluit Bald. quod ſi legatum factum eſſet Doctoribus & Medicis Patauinis, quod non requiritur concurſus, ut aliquis debeat eſſe Doctor & Medicus.

72. † Notandum eſt etiam circa iſtam copulam, Et, quod ſoleat inducere repetitionem plurium præcedentiũ, probat L. Seio §. Caio. & ibi glo. in uerb. Domum, ff. de fund. inſtr. & ibi Bar. & alij, facit etiã tex. in L. rei. §. cum in, de duob. reis.

Poſteaꝗ

Poſteaq; Bar. pluribus rationibus uoluit copulam Et, in diuerſis orationibus poſitā non inducere con-iunctionem, querit An etiam coniunctio uerbis in-duci poſsit nominibus diſtributiuis, aduerſatiuis uel alternatiuis, & in omnibus iſtis caſibus Bart. uoluit induci coniunctionem uerbalem. † Quæ ſententia 23.
Bart. hic ab omnibus DD. indifferenter recipitur, ut apparet hic late per Iaſ. Licet Bart. in omnibus appro betur, in pluribus errat una cum ſequacibus, inprimis reſponſio traditur per ipſum ad text. in L. fin. C. de impub. & al. ſubſ. † quæ nullo modo procedit, quia 24.
eſt mere diuinatiua, nec ex text. hoc colligi poteſt, cum tex. ſimpliciter dicat duobus hæredibus inſtitu-tis, neq; exprimit, quomodo, eſt etiam præter men-tem Impp. ibi, qui nō intendebat diſputare, an eſſent coniuncti uel non coniuncti. Item peccat Bart. hic, dum † reſpondet ad tex. in L. Lucius §. quæ habebat, 25.
inf. ad Trebell. Quod ideo ibi oratio aduerſatiua non inducat coniunctionem uerbalem, quia ſumus in diuerſis orationibus, ergo ſentit expreſsè Bart. & DD. Quod ſi eſſemus ibi in unica oratione, quod introducta fuiſſet coniunctio uerbis, & per conſe-quens ius accreſcendi locum habuiſſet. Iſta reſponſio nullo modo procedit quoad intellectum & mentem I.C. Nam † aliud ſenſit ibi I. C. & ob aliā rationem 26.
decidit ibi I.C. non eſſe locum iuri accreſcendi. Sed I.C. ibi uidetur conſiderare illa uerba ſequentia, quæ

erant aduerſatiue poſita, & derogabant priori ſcripturæ, cum taxatiuè & aduerſatiuè concepta fuiſſent, non autem quod ibi eramus in diuerſis orationibus, & ita reperio hic Riparium hoc dicere, idem Alciat. tacito authore, & adducunt Bald. ad intellectum d. §. qui habebat in d. L. ſi arrogator. de adopt. in princip. In libro meo Bald. hoc non uoluit. addo Bald. pro iſto intellectu d. §. qui habebat in L. unica, in 9. quæſtione C. quand. non peten. part. hoc idem expreſsè dicit in L. i. nu. 10. Si quis ius dicen. L. i. C. de teſta mil. Et ultra prædicta non ſolum Bart. & DD. hic errant, quantum ad intellectum, d. §. qui habebat: uerum etiam in genere, cum dicunt, quod ſi teſtator uſus ſit aduerſatiuis dictionibus, tunc nullo modo conſiderari poſſe coniunctionem uerbis. Nam natura aduerſatiuę talis eſt, ut uideatur inducere tacitam ademptionem legati. Videmus quod ſub ſimplici cõmemoratione prioris legati, tacite inducitur ademptio legati, L. ſicut inf. de adim. leg. Inſt. de adempt. legat. in fine. Multo magis quando teſtator uſus eſt iſtis dictionibus aduerſatiuis, quia facilè lex inducit ademptionem legati, ut patet in L. 3. L. ex parte, infra de adim. leg. facit etiã pro hac ſententia tex. in L. dominus §. per fideicommiſſum, de uſufr. & quemad. quis utat. & ibi Bald. poſt gl. Quod quotieſcunq; le-
22. gatum alimentorum † habet cauſſam taxatiuã, quod tunc nõ eſt loc⁹ iuri accreſcendi, eodẽ modo quando aduerſatiuè loquuntur, Animaduertendũ eſt quoq;, in quan-

in quantum Bart. hic uult. Quod ſi teſtator utitur alternatiua, quod illa reſoluatur in copulatiuã, per tex. ubi caſus, in L. cum quidam C. de uerb. & rer. ſignif.
† Licet uera ſit ſententia Bar. non tamen conuenit 78.
in caſu iſto. Quia ſi dictio, Aut, reſoluitur in copulatiuã, uidelicet Titio aut Seio lego fundũ, id eſt Titio & Seio lego fundũ, tunc erit cõiunctio non uerbalis ſimpliciter, ſed re & uerbis, ꝑut ꝓximè Bar. hic dicit.

† Tertio loco principaliter quærit Bart. hic. Qui 79.
dicantur re & uerbis coniuncti, & approbat exemplum gloſ. in L. i. §. fin. de uſuf. Exempli gratia, Si dictum fuerit. † Titio & Seio lego fundũ, & iſtud eſſe 80.
bonum exemplum affirmat Bart. & cũ hoc exemplo glo. DD. cõmuniter hic pertranſeunt, ut per Iaſ. hic, & per Alex. in L. ſtipulatio iſta §. eum qui, de uer. oblig. hoc idem affirmat Aret. in L. ſi duobus §. fin. ſup. eod. hanc etiam eſſe communem ſententiã aſſerunt Petr. Ang. Are. in d. §. ſi eadem res. Contrariã uero ſententiam, ut prædictum Accurſij exemplum ꝓcedere non poſsit, plures tenuerunt, inprimis Petr. de Bell. per quem refert Bar. hic & Cyn. idẽ uoluit in L. unica §. ubi autẽ C. de cad. toll. Sequitẽ Chriſt. à Caſtel. Imol. & alij in L. plane §. ſi coniunctim, ſup. eod. lib. i. & Alex. in d. L. plane, §. ſi cõiunctim, de L. i. ubi dicit ſententiã Pet. in puncto iuris ueriorẽ eſſe, ꝙ Bar. quã etiam plures iuniores tenuerunt, ut Soz. in L. ultima in princ. in 3. Nota. de reb. dub. Crot. hic, Zaſius in d. §. ſi cõiunctim, ubi dicit hanc eſſe merã ueritatẽ, et commu-

communem ſententiam plures errores in ſe conti-
nere, nec poſſe aliquo pacto reſponderi ad argumen
tum Petri, & quod nullus DD. hactenus potuerit
reſpondere illi: hoc idē uult late in ſuis ſingularibus
intellectibus cap. 18. Iſte articulus difficilis eſt, & plu-
ra pro utraq; parte adduci poſſunt, ſed ſtudendo bre-
uitati aliqua magis præcipua adducam in medium, &
in primis pro communi ſententia adducitur tex. in §.
81. ſi eadem res, † Inſt. de leg. ubi eſt caſus ſecundum
Bart. ex quo Imper. ibi ponit exemplum Accur. & il-
los dicit eſſe coniunctos. Ad iſtum tex. contrariū te-
nentes reſpondent, tex. expreſsè hoc nō dicere, quod
in dicto exemplo tales perſonę ſint re & uerbis con-
iunctæ, ſed tantum probare text. de coniunctione
uerbali. Sed Iaſ. hic (& bene) reſpondet defenden-
do communem ſententiam (licet contra eā teneat)
quod immo ille tex. intelligi debeat de mixta coniun
ctione habita ratione ad principium text. cum dicat.
Si eadem res pluribus relicta ſit, quod ſiue coniun-
ctim ſiue diſiunctim, ſcindatur inter prędictas perſo-
nas legatum, ergo cum Imper. in ſequentibus decla-
rat, quando dicantur coniuncti, retinet etiam con-
iunctionem realem, ultra hanc reſponſionem opti-
me iſte tex. probat communem ſententiam, nam li-
cet tex. hic non aperiat expreſsè, quod ſint re & uer-
bis coniuncti in dicto exemplo: tamen cum ſimpli-
citer Imperator appellet coniunctos, debemus intel-
ligere

ligere de coniunctione mixta, quia uerba legis ſimpliciter prolata intelliguntur in dubio in potentiori ſignificatu L. i. §. qui in perpetuum, & ibi glo. Si ag. uectig. cum alijs uulgaribus. Sed coniunctio mixta eſt potentior, ut in L. noſtra. Et pro hac ſententia cõmuni, etiam ſecundo loco adducitur tex. in L. triplici, iuncta glo. ut Bar. hic dicit. † Et licet tenentes con 82.
trarium dicant illum tex. non probare, prout etiam Bar. ſentit textum; tamen ille optime probat communem ſententiam. licet enim I.C. in principio non aperiat, tamen quando loquitur de oratione ſoluta, & æquiparat illos duos caſus, apertè ſentit introduci coniunctionem realem, & uerbalẽ, quando dictum eſt, Titium & Seium hæredẽ inſtituo. Licet enim tex. loquatur in hæreditate, tamen idem dicendum eſt in legato, cum nulla ratio diuerſitatis aſsignari poteſt. Tertio adducitur tex. noſter, dum I. C. dicit ponendo exemplum de coniunctione uerbali, tamen ſi teſtator dixerit Titio & Seio lego fundum æquis partibus, apparet quod ſi adiecta non fuiſſet illa nota, Æquis partibus, Iureconſultum ſentire in tali exemplo, de quali hic introduci coniunctionem realem & uerbalem, Et pro hac ſententia communi plura quidem adduci poſſunt, & mouet tex. ubi caſus, in L. ſi ita quis hæredes, ſup. de hæred. inſtit. † Vbi ſi teſtator 83.
dixerit, Titius hæres mihi eſto: Sempronius & Lucius mihi ęquis partibus hęredes ſunto. Quod ſi por-

tio unius ex illis cõiunctis deficiat, omnib. accreſcit. Vnde apparet, quod ideo ibi non ſit prælatio aliqua inter illos hæredes, quia appoſita erat illa nota, æquis partibus, quæ omnino realem coniunctionem reijcit. Ergo ſi ſimpliciter locutus fuiſſet teſtator, nõ omnibus portio accreſceret, ſed uni tantum, & ita Accurſ. ibi hoc ſentit, itaq; tex. eſt ſimilis legi noſtræ. Et tenendo hanc ſententiam communem, quæ neceſſaria eſt, non obſtant plura adducta hic per DD. Primo tex. in L. ſi mihi & Titio, de uerb. oblig. ubi tex. uult in exemplo noſtro, Si mihi & Titio ſtipuler decem, quinq; tantum mihi deberi, neq; portio deficiens auget mihi partem. Si ergo introducta fuiſſet coniunctio mixta, licet non haberet locum ius accreſcendi, quia ſumus ibi in contractibus, haberet tamen locum ius non decreſcendi, & tamen contrarium dicit tex. Huic pluribus modis DD. reſpondent. Alex. in d. L. plane §. ſi coniunctim, licet contrariam partẽ teneat, tamen quantũ ad iſtũ tex. defendit communẽ, negando aſſumptũ DD. quod neq; etiam ius nõ decreſcendi locũ habeat in cõtractibus, quod tamen eſt contra communẽ ſententiã, per tex. in L. propriũ, Cõmu. prædi. Alio modo reſpondebat Iohan. Fab. in d. §. ſi eadẽ res. Quod ibi ſimus in cõtractibus, ſecus uero in ultimis uoluntatib. Sed Iaſ. hic dicit iſtam reſponſionem non differre à reſponſione Alex. Omiſsis alijs rationibus, facile eſt reſpondere

ſpondere ad iſtum tex. prout quoq; animaduertunt recentiores Senenſes hic. Quod ille tex. loquatur in quantitate, quo caſu non conſideratur coniunctio realis, prout Bart. ſup. dixerat, & DD. tenent. Poſſet etiam alio modo reſponderi, Quod ibi ſumus in prohibitione legis. Nam lex prohibet alteri ſtipulari poſſe. L. ſtipulatio iſta §. alteri. eod. titul. Et propterea contra prohibitionem legis non poteſt conſiderari ius accreſcendi, uel non decreſcendi. Non obſtat etiam tex. qui magis urgere uidetur in L. Plane §. ſi coniunctim, ibi. Ab initio conſtat partes fieri: ad iſtum tex. DD. defendentes communem, dicunt illum tex. procedere in coniunctis uerbis tantum. Verum quia iſta ſolutio ſapit diuinationem quandam, reſpondent iſtam ſolutionem non eſſe diuinatiuam, quia conſtat ex uerbis ipſius legis, dum tex. dicit. Conſtat partes ab initio fieri: ex quibus apparet teſtatorem in ſpecie diuiſiſſe rem. Iſta ſolutio mihi non ſatisfacit. Nam eſt mere diuinatiua, quia tex. generaliter loquitur, neq; appareт quod res coniunctim legata fuiſſet, ideo generaliter intelligenda eſt. L. i. §. generaliter, cum uulg. infr. de leg. præſtan.

Propterea omiſsis etiam alijs rationibus, quæ in ueritate non uidentur cõtrarium tollere, † reſponderi poteſt ad illũ tex. Quod ibi I.C. dũ dicit, Ab initio 84.

partes fieri,rationem habuit,non quantum ad diſpoſitionem hominis & teſtatoris, ſed habuit rationem ad diſpoſitionē legis. teſtator enim eandē rem pluribus relinquendo,coniunctim omnes in ſolidum uacauit, & omnes uolebat rem inſolidū conſequi: uerum quia lex prohibebat & non permittebat duos eſſe dominos inſolidum L. ſi ut certo §. duobus uehiculum, cum alijs. Commod. merito quantū ad legem partes fuerunt ab initio, & lex ſemper certa eſt, L. cum quidam §. ſuum, de acquir. hæred. Et hoc eſt quod I.C. dicit, & ita interpretari neceſſe eſt, aliás I. C. aduerſaretur pluribus legibus,ut patet præcipue in L.coniunctim, ſup. eod. tit. lib. i. ubi ſi pluribus eadem res relicta ſit, omnes inſolidū uocantur, per cōcurſum uerò fiunt partes, & ita ſupra in præludijs dicebam ad intellectum d. L. plane §. Si coniunctim. Non obſtat etiam quod ultimo loco Zaſius dicebat in ſupradictis locis, uidelicet in ſuis ſingularibus intellectibus cap. 18. & in d.L. plane §. ſi coniunctim, dum dicebat, Quod pro ſententia Petri uiua ratio aſ-
85. ſignari poſsit. Nam certum eſt, quod mixta † ſequantur naturam ſuorum ſimplicium, quibus magis accedunt per not. per gl. & DD. in L. ſtipulationes non diuiduntur, de uerb.oblig. Iſto ſic prçſuppoſito, cum coniunctio realis & uerbalis dicat̃ coniunctio mixta, & de utroq; participet, neceſſe eſt, ut coniunctioni reali & uerbali adhęrere debeat. Sed manifeſtum eſt,

ſecundum

ſecundum quod coniuncti re & uerbis magis ſimiles ſint his, qui uerbis ſunt coniuncti d. L. triplici. Nã non ſolum rei, ſed & nominis complexus coniungit. Sed illi qui ſunt coniuncti re, ſunt omnino diſiuncti uerbis. Quomodo ergo poſſunt qui ſunt re & uerbis cõiuncti, accedere eis, qui ſunt diſiuncti, & nõ potius eis qui ſunt uerbis coniuncti? Nã coniunctus ad coniunctũ magis habet ſymbolũ, qua coniunctus ad diſiunctum, ex quo cõſequens eſt, ſecundũ ipſum, qd' iuncti hac mixta coniunctione, habebunt naturã eorum, qui ſunt uerbis coniuncti, ut ſic partes ab initio faciant, & pro hac ſententia adducebat eundem text. quem Petr. adducebat in d. L. legata inutiliter, in fine. Licet iſta uideatur ſubtilis ratio, non tamen communis ſententia confunditur. Nam ſi uera eſſet ratio Zaſij, ſequeretur unum maximũ abſurdum, quod ſcilicet eſſent duæ coniunctiones tantum, quod eſt contra tex. in d. L. triplici. Item ſi mixta iſta coniunctio, ab initio partes induceret, nullo modo ſubſtantia differret à mera uerbali coniunctione, nec eſſet ſpecies ſeparata ab altera, cum diuerſam ſubſtantiam non contineret, probatur etiam ex alio, quod iſta ratio non procedat. Nam uidemus prout infra dicemus in Commentarijs Bart. quod in coniunctione mixta re & uerbis, non habet locum ius accreſcendi, ſed ius non decreſcendi. Quod ſi uera eſſet ratio Zaſij, deberet habere locum ius accreſcendi, cũ coniun-

ctio uerbalis pariat effectum iuris accreſcendi. Realis uerò effectum iuris non decreſcendi, apparet ergo q̄d in coniunctione mixta, magis præualeat natura cōiunctionis realis, q̄ uerbalis. Et ex his omnibus & alijs, quę adduci poſſunt, apparet uerißimam eſſe ſen=
16. tentiam cōmunem. †Animaduertendum tamen eſt, quod in quantum Bar. approbat exemplum Petr. ut hic per eum, ut ſæpe dictum eſt, tale exemplum procedere non poteſt. Nam licet ſit unicus ſermo & unicum uerbum, tamen tacite ineſt duplex uerbum, & pro hoc facit tex. ſępe adductus in d. L. Mæuio, ſup. cod. lib. 2. accedit etiam text. ubi uidetur eſſe caſus in L. ſi ita quis hæredes, ſup. de hæred. inſtitu. ibi, Sed. Exemplum uerò Bar. hic aßignatum nominis collectiui non habet difficultatē: ſed nō ita bene ſequitur. Nā cōiunctio, quę fit ſub nomine collectiuo, uidetur magis ꝓuenire ex diſpoſitione legis, q̄ hominis. Teneamus ergo exemplū Accurſij, q̄d eſt ſecundū Paulū hic, & in d. L. triplici, & in alijs iurib⁹ ſup. adductis.

Quarto Bar. principaliter quęrebat de coniunctione legali, & plura poſuit exempla ad demonſtrandā iſtam coniunctionē legalem, & licet cum dictis Bart. DD. omnes pertranſeant, ac nihil addentes uel minuentes aſtipulentur ſententię Bar. animaduertendū
17. tamen eſt † circa primū exemplum traditū per ipſum, quando ſeruo cōmuni detur legatum, uel ſeruus cōmunis hęres inſtituaē, q̄d licet ex perſona ſerui cōmunis res deueniat ad plures dominos, & hoc modo dicatur

catur eſſe coniunctio legalis, & per conſequens lo=cum habeat ius accreſcendi. Iſtud dictũ Bar. iura per ipſum adducta non ſolum non probant, ſed de dire=cto aduerſantur, prout expreſsè apparet in d.L.& ꝑ=culo, ubi I.C. aperte dicit, inter dominos non eſſe cõ=iunctionem, ſed partes legati teſtatorem aſsignaſſe. Et infert, q̃d ſi unus ex dominis omitteret, alijs non accreſceret. Item text. in d.L. ſeruus cõmunis, contra=rium dicit, locum eſſe iuri accreſcendi, propterea ne=ceſſe eſt diſtinguere, ut iſta iura ſimul reconcilientur. Nam tex. in d.L.& proculo, expreſsè diſſentit à L.i.§.i. de uſufr. accreſ. Vbi in legato facto cõmuni ſeruo ius accreſcendi locum habet, diſtinguendo ergo ſic dicam. Aut ſumus in hæreditate aut in legato. Primo caſu indiſtincte locus ſit iuri accreſcendi, & hoc mo=do procedat tex. in d.L. ſeruus communis ab extero. Secundo uerò caſu ſubdiſtinguendum eſt, aut ſumus in ꝓprietate, aut in uſufructu. Si in ꝓprietate, non ſit locus iuri accreſcendi, & ita procedat tex. in d.L. et ꝓ=culo. In uſufrctu uerò locus ſit iuri accreſcendi, & ita ꝓcedat tex. in d.L.i.§.i. de uſufr. accreſc. Et iſtud idem Bar. inf. clarius & melius loquens diſtinguit. etſi Bar. intentionem habuerit hic, dum ad hoc adduceret illa iura, duntaxat ad ꝓbandũ exemplum, non autẽ ad fa=ciendam deciſionem aliquã, tunc bene iura adducta per ipſum nõ diſſentirent à ſententia ipſius, aliàs de=fendi non poſſet Bar. Item etiam animaduertendum

eſt

eſt quatenus Bart. uoluit in hac coniunctione lega-
li perſonas illas coniunctas eſſe mixtim re & uerbis,
ſecundum ſententiam Accurſij, quam ipſe approbat
in L. i. §. idem ait, de uſufr. accreſc. Verum quid ſen-
tiam circa hoc, prout etiam hic Bart. fatebatur in iuri-
88. bus cautum non reperitur †, quomodo nuncupan-
da ſit iſta coniunctio in ſpecie. Neq; poſſumus dice-
re eſſe coniunctionem realem, neq; uerbalem, neq;
mixtam, ſed eſt uera coniunctio legis. Nam coniun-
ctiones prædictæ tripliciter conſideratæ locum ha-
bent in diſpoſitione hominis & teſtatoris, ſecus ue-
ro in diſpoſitione legis. Nam lex in ſpecie nō poſuit
differentiam, ut patet in d. L. triplici, de uerb. ſignif.
ubi I.C. loquitur in diſpoſitione hominis, ergo extra
diſpoſitionem hominis locum non habet triplex illa
coniunctio.

89. Circa primam quæſtionem Barto. colligitur, †
quod inter re coniunctos ſemper locum habeat ius
non decreſcendi, ſiue non diminuendi, & ſic in pro-
prietate, ſecus uerò in uſufructu. Nam tunc diſtin-
guendum eſt. Aut enim ſumus ante acquiſitum, aut
90. poſt acquiſitum uſumfructum †. Primo caſu erit lo-
cus iuri non decreſcendi. Secundo uero caſu habe-
bit locum ius accreſcendi, & hoc eſt ſpeciale in uſu-
fructu. ita dicit I.C. in L. i. §. interdum, de uſufr. ac-
creſc. Bart. hic aſsignare uidetur quandam rationem,
ſed clarius aſsignat I.C. in d. §. interdum.

† In

In ſecunda quæſtione Bart. colligitur ius accre-ſcendi † locum habere inter coniunctos uerbis, ſi 91.
non ſit omnino diſiunctio realis, quæ altero de tri-bus modis contingere poteſt. Bart. ponit tria exem-pla. Si dictum fuerit, Titio & Seio ſingulis ſeruis re-linquo,& ita I. C. dicit in L. huiuſmodi, in §. quibus, ſup.eod.lib.i. Secundum exemplum eſt, ſi res fue-runt diuiſæ, adeò ut partes ad oculum oſtendi poſ-ſint. Exempli gratia, Si teſtator diuiſerit fundum ad certos terminos, ut puta uſq; ad talem fontem, uel talem arborem. Nam tunc illæ partes ſic diuiſæ con-ſtituunt diuerſos fundos: Nam fundi conſtituuntur ex ſola deſtinatione patrisfamilias, ut dicit I. C. in L. quod in rerum, §. quod ſi poteſt, ſup. eod. lib. i. qui tex. melius probare uidetur intentionem Bart. quam tex. per ipſum adductus in L. recte dicimus, §. fi. infr. de uerb. ſignif. Secus uero ſi partes aſsignatæ fuerũt, quæ non ad oculum oſtendi poſſunt, ſed in intelle-ctu continentur, ut in L. Meuius, §. duobus, ſup. tit. i. Et iſto caſu eſſet locus iuri accreſcendi. Ex iſtis dictis Bart. infertur hic per Cuma. Caſt. Iaſ. & alios ad do-tes, quæ quotidie relinquuntur à parentibus, ut ſi pa- 92.
ter dicat: Titiæ & Seiæ † cuilibet relinquo mille au-reos, quod licet ſint coniunctæ uerbis, tamen ex quo erant omnino uocatæ ad diuerſas res, quia partes aſ-ſignatæ fuerant, quæ ad oculum oſtendi potuerant, ut non ſit locus iuri accreſcendi, & ita Iaſ. hic dicit,

quod iſte caſus ſit quotidianus, & quod alias ſuo tempore in ciuitate Ticinenſi contigerat, & deciſum fuit, ut non eſſet locus iuri accreſcendi una præmoriente. Iſta concluſio uera eſt, pro qua adducebat in ſpecie dictum Bart. hic poterat etiam eadem quæſtio decidi ex alio, quod ex quo ſumus in quantitate, ut ſæpe dictum eſt, non habet locum ius accreſcendi, ſed tantum in ſpeciebus locum habet, ut ſup. dictum eſt. Scribit Iaſ. hic quod quādo pater relinquit 1000. aureos nomine dotis cuilibet ex filiabus ſuis, ut non ſit locus iuri accreſcendi, prout ipſemet Bart. in ſpecie. Bald. Cum. Caſt. dicunt in d. L. huiuſmodi, §. quibus. Contra hanc ſententiam communem Iaſ. nouiter mouebatur. Quod immo deberet habere locum ius accreſcendi, ex quo filiæ uocatæ erant ſub nomine collectiuo, quo caſu introducitur coniunctio realis & uerbalis, & ſic mixta, prout Bart. et DD. omnes dicunt per tex. in L. Interdum ſup. de hæred. inſtitu. Quo caſu nullus dubitat, ut non ſit locus iuri accreſcendi. Iaſ. hic & bene reſpondet huic fundamēto. Quod ſcilicet nō poſsit conſiderari mixta coniunctio, licet filiæ ſint uocatæ ſub nomine collectiuo, quia cū uult pater, ut quælibet habeat mille, apparet illas nō concurrere ad eandē rem, & per conſequens uocatas eſſe ad res diuerſas & ſeparatas, merito ergo non eſt locus iuri accreſcēdi. Et hæc erat ratio Bart.
93. & aliorū DD. in d. §. quib. † Iaſ. quoq; hic damnat

Bart.

Bart. circa duo exempla tradita per ipſum, quando teſtator dicebat. Titio et Seio ſingulis ſeruis do lego; uel ſingulos fundos, uel quando eundẽ fundũ relinquebat aſsignando partes pro diuiſo. Titio uſq; ad talẽ arborẽ fundũ relinquo, & Meuio aliã portionẽ, dicebat Bar. quod licet nõ eſſet locus iuri accreſcẽdi, tamen hãc eſſe coniunctionẽ uerbalem. Iaſ. uero ut dixi poſt Cuma. ſubtilibus rationib. dicit nõ debere conſiderari in prædictis exemplis coniunctionẽ uerbalem tantũ. Nam ita demũ introducitur cõiunctio uerbis tantum, quando eadem res relinquitur, licet diſtributis partibus relinquatur, & ad hoc adducebat tex. in d. L. unica. §. his ita C. de cad. toll. ad idem adducebat tex. noſtrum in ſecundo reſponſo, in quo copioſè apparet uerbalem coniunctionem conſiderari ita demum, quando eadem res relinquitur. Sed in dictis exemplis diuerſæ erant res. Ergo nullo modo eſt coniunctio uerbalis, addebat etiam rationem. Nam lex & natura nihil fruſtra operantur. L. hæc ſtipulatio. §. diuus, infr. ut leg. nom. caue. cum ſimilibus. Sed effectus coniunctionis uerbalis, eſt ius accreſcendi, ut ſæpe dictum eſt. Ergo &c. Confirmatur hoc. Nam in tota materia legis noſtræ, ex qualibet coniunctione cõſideratur effectus iuris, uel cõiunctio parit effectũ Iuris accreſcendi uel Iuris nõ decreſcendi, abſq; effectu ergo lex hoc nõ cõſiderat, & licet forſan diu poſſet pro defenſione Bart. quod

tamen quantum ad unitatem ſermonis introducatur coniunctio uerbalis, d.L. unica §. his ita, uerſ. & hæc tam uarie, nihilominus tamen cum diuerſæ res, & non eadem, aſsignantur, non propterea debemus nominare iſtam coniunctionem uerbalem inutilem abſq; ullo effectu iuris. Et per iſtas rationes Iaſ. hic poſt Cuma. poſſet etiam damnari tertium exemplum Bart. in d.L. ij. in princip. Quibus mod. uſufruct. amitt. quod ibi non debeat induci coniunctio uerbalis. Nam ſi diuerſitas rationem inducit, ut non dicatur cõiunctio uerbalis, eodem modo dicendum eſt, quando eſt diuerſitas temporis, prout in terminis d.L. ij. & ualidum eſt argumentum de re ad tempus, L. miles ita hæredem, cum uulgar. ſup. de militar. te-
94. ſtam. † Colligitur etiam ultra DD. hic ex dictis Bart. quod potentior ſit cõiunctio realis, quam uerbalis tantum. Nam uerbalis tantum, quando eſt omnino diſiuncta à coniunctione rei, nullum parit effectum, immo ut Iaſ. & nos quoq; ſup. diximus, nec meretur habere nomen: ergo apparet, coniunctionem uerbalem indigere adminiculo cõiunctionis realis, quod non contingit contra, & iſtud facit pro ſententia Accur. Bart. & communi, ut ſi fiat concurſus inter re coniunctum tantum, & uerbis tantũ, ut æqualiter admitti debeant, & quod magis debeat præferri coniunctus re tantum, quod notandum eſt ad illam quæſtionem ſubſequentẽ, de qua infr. dicã.
In

In tertia quæſtione Bart. † an inter coniunctos re 95.
& uerbis & ſic in mixta coniunctione locum habere
debeat ius accreſcendi uel ius nō decreſcendi uel non
diminuendi, concludit locū eſſe iuri non decreſcendi: & hoc ante Bar. uoluerunt quidam in L. i. §. fina. de uſufr. accreſ. idem tenent hic Saly. Beſut. Cum. Iaſ. & omnes. Iſta concluſio licet ab omnibus recipiatur, facilè tamen quis diſputando contrarium tenere poſſet. † Nam in hac mixtura potentior uidetur quali- 96.
tas coniunctionis uerbalis, quam realis, ꝓptereà prę-
ferri debet, arg. L. quæritur. de ſtat. hom. & hoc maxime tenendo ſententiam Hugolini, quę hodie magis recipitur à DD. ut coniunctus uerbis præferatur re coniuncto tantum. & ratio eſt, quia coniunctus uerbis, uidetur uocari ex ſententia teſtatoris, & propterea debeat præferri. † Quia uoluntas teſtatoris 97.
ſemper prædominatur L. in conditionibus primum locum, inf. de cond. & demonſtrat. L. 4. C. de liber. præterit. L. cum uirum. C. de fideicommiſſ. Coniunctio uerò realis prouenit ex natura rei. Si ergo ius accreſcendi conſiderandum erit ex coniunctionibus, debet magis conſiderari effectus cauſatus ex potentiori qualitate, † quia unius naturæ debet eſſe cauſa- 98.
tum & cauſa L. quo minus & ibi DD. de fluminib. L. manumiſsiones, de iuſ. & iur.

Quarto quęrit Bar. hic, An int omnino diſiunctos locū habeat ius accreſcendi, ex cuius dictis primo col

99. ligit.† Quod in legatarijs omnino diſiunctis locũ nõ habeat ius accreſ. L.i.in prin.ſup.de uſuf. accreſ.L.& ꝓculo,cũ ſimilib.ſup.eod.li.i.facit d. L. huiuſmodi §.
100. quibꝰ.† Secunda cõcluſio eſt,ut inter hęredes priuatę perſonæ, licet omnino diſiunctos,locum habeat ius accreſcendi L. hæredes ſine partibus L. i. §. ſi ex fundo,ſup.de hæred. inſtit. L. ſi ex pluribus,inf. de ſuis & legiti, & rationem aſsignat Bar.hic,quare in hæreditate omnino locus ſit iuri accreſcendi, ſcilicet ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ut in L. ius noſtrum de reg. iur. hoc etiam uidetur dicere I.C.in L.ſi duobus ſup.de milit.teſtam. & eãdem rationem Bar. in pluribus locis tenuit,ut in d. L. unica. §. his ita, C. de cad. toll. & hanc rationem Ang.Rom. & alij, quos Decius refert, ſequuntur in d. L. unica,& ante Bar.fuit ſententia gloſ. in L.ſeruus communis ab extero, inf.de acquir. hæred.

Hanc rationem cõmuniter receptam Alex. Iaſ. & alij damnãt,in d.L.unica.Primo, quia inter ſuccedentes ab inteſtato eſt locꝰ iuri accreſcendi,L.qui ex duabꝰ §. fin. ſup.de acquir.hæred.& tamẽ ceſſat ratio prędicta.Huic argumento Decius in d.L.unica &Crot. hic reſpondent,nã licet quis decedat inteſtatus, tacitè tamen relinquit hæreditatẽ ſuis cõiuncti proximioribus L.conficiuntur,in princ. ſup. de iur.cod.& hoc modo ſuccedentes habent hęreditatẽ ex tacita mente teſtatoris.Iſta reſponſio non tollit argumentũ. † Nã diſpoſitio d.L.conficiuntur,cũ alijs procedit ex legis diſpo-

diſpoſitione principaliter, non autē ex tacita mente teſtatoris, niſi q̄d lex ita arbitretur. Secundo mouentur Alex. & Iaſ. † quia teſtator poteſt ex poſt facto decedere pro parte teſtatus & inteſtatus L. circa, de inoff. teſta. huic argumento reſpondet Decius, & bene in d. loco, q̄d ille text. loquat̄ de querela ꝓpoſita poſt aditā hęreditatem, nos uerò loquimur ante aditam hęrepitatē, & ſic ab initio. Tertio adducūt tex. in L. ſi ſolus, de acqui. hęre. cui textui optimè reſpondent prędicti DD. Quod licet ibi datus eſſet ſubſtitutus, tamen contingere poterat caſus, ut quis decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. Vltimò mouebantur à ratione ceſſante. † Nā loc⁹ eſt iuri accreſcendi etiam in contractib⁹ L. fundus ille, de contrah. empt. ad illū tex. Bar. reſpondebat, tenendo oppoſitū, prout cōmunis ſententia eſt. Quod in contractibus nō ſit locus iuri accreſcēdi per L. Si mihi & Titio, ubi DD. latè, de uer. oblig. Quod in d. L. nō poterat ualere emptio in perſona illius, melius eſt reſpondere ad illū tex, defendendo cōmunē rationē, ꝓut gl. ibi ſentit. † Quod ideo ibi introductū fuerit, ut locū habeat ius accreſcendi, ne uenditor pateret̄ damnū, ſi integrū pretium fundi uenditi conſepui non poſsit, & hoc ſentire uidetur Decius inf, L. unica C. quan: non pet. par. dum dicit, q̄d ibi eſt caſus ſpecialis. Iſta ratio cōmunis uidetur etiam tolli. Nam in legatis eſt locus iuri accreſcendi, per totam L. unicam D. de cad. toll. & tamē legata ualent tam ex teſtamento, q̄ ab inteſtato, propterea, uti dixi-

102. 103. 104.

uti diximus in prçludijs, Si cōiungatur ratio cōmunis cum alijs, facile procederet, ut dicamus introductum fuiſſe ius accreſcendi ad tollendam repugnantiam, & quandam naturalē contrarietatem, quæ eſſet, ut quis decederet pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus, & iſta eſt ratio rationis, quam I.C. conſiderauit in d. L. ius noſtrum, & hoc modo omnes rationes, quç à DD. traduntur hoc reſpiciunt.

105. † Tertia concluſio colligitur. Quod in teſtamento priuilegiatæ perſonç, ut puta militis, ius accreſcendi locum non habeat, quia miles poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, L. ſi duobus, & L. quærebatur, ſup. de milita. teſtam. & hoc uerum, ſi conſtaret iure militari teſtatorē uoluiſſe teſtari, aliàs locum haberent ea quç DD. tradunt in L. i. C. de milit. teſtam.

In quinta quæſtione Bart. plures cōcluſiones colliguntur. Prima eſt, † q̄d in uſufructu ius accreſcendi non tranſeat in ſucceſſorem, ratio eſt, quia uſusfr. accreſcit perſonç, & non portioni, L. interdū, in fine, de uſufr. accreſ. Item quia † morte finitur uſusfructus, §. finitur, Inſt. de uſuf. Miratur tamen Iaſ. hic cur Bar. de hoc dubitauerit, cū manifeſte conſtet nullo modo uſumfructum eſſe tranſmiſsibilē, per rationes ſupradictas: aliam rationem ponit ultra prædictas, ut uſusfru. ſui natura non ſit tranſmiſsibilis ad hçredes. † Nā ille qui ſtipulat⁹ fuiſſet uſumfr. pro ſe & ſuis heredib⁹

106.

107.

108.

non

non poſſet transmittere, cum eſſent diuerſi uſusfru-ctus, & opus ſit noua conſtitutione, adducit Bart. per illum tex. in L. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ſtipulatus, de uerb. oblig. † & ideo dicebat Bald. ſi alicui eſſet 109.
relictus uſusfructus & eius hæredibus, non ſolum ille, uerumetiam hæredes eius deberēt præſtare nouam cautionem de bene utendo, Ita Bald. in d. L. unica. §. excepto. C. de cad. toll. Sed nō debuiſſet Iaſ. admirari de Bart. nam ille ponit quæſtionem ſuam, ius accreſcēdi tranſeat in ſucceſſorem, quam diſtinguendo, Bart. mentionem facit de uſufructu, nō per uiam quæſtionis, & hæc fuit principalis intentio Barto.

Secunda cōcluſione colligitur, † ius accreſcendi in- 110.
diſtincte in proprietate ad hęredes uniuerſales tranſmitti L. ſi ex pluribus, infr. de ſuis & legit. L. unica §. his ita. C. de cad. toll. Quæ concluſio reprobatur hic duob. modis per recētiores Papienſes, ut hic per eos.

Tertio notabilis concluſio colligitur, Quod † ius 111.
accreſcendi tranſeat in ſingularem ſucceſſorem, utputa in emptorem hęreditatis, ita Bart. uoluit per tex. in L. ſi totam, de acquir. hæred. redarguendo Petr. contrarium ſentientem: quod ſcilicet portio deficientis accreſcat uenditori, & non emptori, arg. tex. in L. ex facto §. Iulianus, aliàs, Iulius Longinus, ſup. de uulg. & pup. Hanc opinionem ſequuntur plures DD. hic, & Alex. in L. Papinianus, infr. ad L. rebell.

ubi per illum tex. dicit, Ius accreſcendi reſpicere rem & non perſonã, & adducit d. L. ſi totam, in qua Bar. ſe hic fundat: eandem quoq; ſententiam ſecutus eſt Sozin. in cõſ. 44. lib. 4. Crot. hic & Cagnol. in d. L. unica, C. Quan. non pet. par. &c. & quidem ſententia Bart. uidetur continere æquitatem, præſertim cum declaratione & diſtinctione noſtra, de qua infr. Cõtrariam uerò ſententiam tenuit Petr. ut diximus, & Bart. hic refert, hoc idem tenuerũt Rayner. & Flori. in L. i. §. interdũ. in 4. notab. de uſufru. accreſ. hoc idem tenuit. Sal. in d. L. unica. Bald. in L. ij. in ij. oppo. C. de pact. Cumanus in L. Papinianus, Iaſ. indiſtincte in d. L. unica, tenet, in noſtra uero lege reddit hunc articulum diſputabilem, idem uidetur ſentire Decius in d. L. unica. Iaſ. in d. L. ij. circa finem C. de pact. hanc eandem ſententiam affirmat Alciat. hic, & dicit receptiorem eſſe. Iſte profecto articulus eſt difficilimus, & in utramq; partem diſputabilis. Verũ breuitati ſtudendo diſcutiam iſtum articulũ circa ea, quæ magis urgent, & primo pro ſententia Bar, urget tex. in d. L. ſi totam, ſup. de acquir. hæred. ubi expreſſe apparet, hæredi ſcripto portionem deficientis non accreſcere, ſed tantum reſpicere poſſeſſorem rerum hæreditariarum, prout ibi expreſſe I. C. dicit, hãc rationem conſiderando: Tamen ſi quis tueri uelit ſententiam Petri hodie magis communem, reſpondere poſſet, quod ille tex. loquatur in fiſco auferente

rente hæreditatem ab indigno, † quo caſu fiſcus 112.
habetur loco hæredis & ſucceſſoris uniuerſalis, ut
uoluit Bar. in d. L. ſi conſtante §. fin. infr. Sol. matri.
Quo caſu cum ſuccedat loco ſucceſſoris uniuerſalis,
& in eum tranſeant iura actiue & paſsiue, merito
procedit diſpoſitio, d. L. ſi totam. Nos uerò loquimur in emptore, in quem non tranſeunt iura actiuè,
& paſsiuè. Sed remanent penes uenditorem, L. ij. C.
de actio. uel hæred. uend. Et iſta ratio ſatis probabilis uidetur quantum ad illum tex. Alio modo reſpondebat Sal. quod nos loquamur in hærede, qui
uendidit, quo caſu quum precium habeat, perinde
eſt ac ſi rem haberet. Nam in † uniuerſalibus precium ſuccedit loco rei L. ſi & rem & precium, de 113.
petit. hæred. Quod ſecus eſt in d. L. ſi totam, cum hæreditas ibi fuerit per fiſcum, ueluti ab indigno ablata.
Sed iſta reſponſio prout etiam nouiſsimi animaduertunt, debilis eſt. Nam quod precium ſuccedat
loco rei d. L. ſi rem, † non procedit ſimpliciter nec 114.
omni reſpectu uerum eſt, ſed ſolum ratione commoditatis & effectus. Nam bona hæreditaria tranſeunt in emptorem, & ille uerè res hæreditarias poſſidet, uenditor uerò per quandã fictionẽ uidetur res
† poſsidere, & hoc uidetur ſentire I.C. in d. L. ſi & rẽ 115.
& preciũ. Tertio modo reſpondet Cumanus, prout
Iaſ. refert, quod ille tex. loquit̃ in actu illicito et prohibito, quod ſecus eſt in terminis noſtræ quæſtionis.

Ego autem tenendo ſententiam Petri dicerẽ, Quod
116. † ille tex. loquatur in hærede rogato reſtituere hæreditatem ſolum ad effectũ, ut reſtituat perſonæ capaci, quo caſu cum à principio ille hæres nudo nomine fuerit hæres ſcriptus, ideo ius accreſcendi non poterit conſiderari in perſona illius hæredis nudo nomine, abſq; aliquo miniſterio iuris, quod ſecus eſt in terminis quæſtionis noſtræ. Nam hæres ſcriptus qui uendidit hæreditatem, uere & effectualiter inſtitutus erat hæres, & omne commodum de præſenti & de futuro teſtator uoluit trãſferre in ipſum, quod ſecus eſt in terminis d.L.ſi totam, cum illo caſu hæres ſcriptus debeat reſtituere illã hæreditatem, & ſic teſtator in ipſum hæredem ſcriptum nullum commodum transferre uoluit. Et hæc eſt uera deciſio illius tex. & hoc eſt quod I.C. ibi dicit, Quia rem habere nõ uidetur. Secundo Bart. hic pro ſua ſenten-
117. tia adducebat rationem. † Nam ius accreſcendi nõ accreſcit perſonæ, ſed portioni, L. hæc ſcriptura. §. fina. ff. de condit. & demonſt. L. ſi quis Titio. in fine infr. de uſufruct. accreſ. & hanc rationem Iaſ. hic cõprobat. Quod portio fundi ueluti alluuio alteri accreſcat, dict. iurib. Sed ſic eſt, quod in emptorem tranſit augmentum, quod prouenit ex alluuione. L. id quod, de peric. & com. rei uendit. §. ſed ſi poſt emptionem, Inſt. eod. Sed iſte uenditor non habet bona, Ergo. &c. Huic rationi reſpõderi poteſt ut hic

per

per Iaſ. quod illa iura loquantur in portione legati, quo caſu omnia iura tranſeunt pleno iure in ipſum legatarium. Ideo ei acquiritur ius accreſcendi ueluti alluuio, quia accreſcit etiam ei, & ita loquitur. tex. in d.L.id quod. & in d.§.ſed ſi.confirmatur iſta reſpon ſio, quia † legatarius quodammodo hæres eſt, nec 114.
proprie eſt ſingularis ſucceſſor, ut dicit tex. in L.mu- lier. §. fin. ad Trebell. Alio etiam modo reſpondere potes ad hanc rationem Bartoli, nimirum, quod id quod dicitur ius accreſcendi accreſcere portioni & non perſonę, procedat, quando portio reperitur pe- nes talem, qui ius hæreditatis reſpiciat. Nam ius ac- creſcendi non ſolum conſiderat portionem, uerum etiam ius hæreditarium, cui eſt annexum: ſed in em- ptorem non tranſit ius hæreditarium, cum remaneat penes uenditorem. Ideo ad ipſum ſpectare debet, pe- nes quem remanent iura actiuè & paſsiuè. Et hoc ui- detur ſentire idem Bart. in L.qui hæredi §.cum hære- ditas, inf. de condit. & demonſt. ubi ipſe dicit, quod ad emptorem debeat tranſire omne commodum, q̃d prouenit ex hæreditate, ea ratione, quia attenditur hæres ſcriptus. Tertio pro ſententia Barto. uidetur facere tex. in L.2.§.penult. de hæred. uel actio. uend. triplici modo ponderando illum tex. ut hic per Iaſ.

Contrariam uerò partem negatiuam tenuit ſubti- lis Petr. Vltramontanus, cuius ſententia recepta eſt, ut ſupra diximus: qui mouetur ex text. in L. ex facto

§.Iulianus,ſup.de uulg.& pupil.ubi lucrum & cōmodum proueniens iure ſubſtitutionis,acquiritur & accreſcit heredi ſcripto rogato reſtituere, & non accreſcit illi, qui bona conſequitur. Sic ergo in propoſito noſtrę quæſt. ut ius accreſcendi remanere debeat penes hæredem ſcriptum, & hoc modo argumento illius textus mouebatur Petr. & cōfirmando ipſius ar-
119. gumentū facit. † Nam qui uenit per ius accreſcendi, dicitur eſſe quaſi ſubſtitutus L. ſi mihi & Titio §. Iulianus ſup.tit.i. Sed defendendo ſententiam Bart.reſponderi poteſt, q̄d argumentum illius text. non debeat extendi ad terminos noſtrę quęſtionis,quia text. loquitur in ſubſtitutione, nos uerò de iure accreſcendi,& diuerſa eſt cauſa ſubſtitutionis,& iuris accreſcēdi L.ſi ex pluribus,inſ.de ſu.& legit.Nam ſubſtitutio reſpicit perſonam: propterea non tranſmittitur,prout ibi dicitur.Secus uerò in iure accreſcendi cum detur rei & portioni.Pro ſententia Pet.& cōmuni multa adducuntur hic per DD. & quidem tres principales rationes.Prima eſt,quia iura hæreditaria remanēt penes uenditorem hęreditatis actiuè & paſsiuè.Nam uenditor tenetur oneribus hæreditarijs, emptor uerò eſt exemptus & liberatus L.2.C. de hęred. & acti. uend.L.2.C. de pact.Contrarium tenendo reſponderi poteſt,Qd' iſte emptor hęreditatis uicem hęredis obtinet L.2.§.i. de hære.uel act. uend.Secunda ratio
120. eſt,†quia uenditor ſemel fuit hęres: ergo non poteſt deſinere eſſe hęres L.ſed ſi ſine §.ſi. autē,de minorib.
Reſpon-

Reſpondetur tamen, quod imo ipſum emptorem omne lucrum hęreditatis ſpectare debeat: quia iſte emptor (ut dixi) habetur loco hęredis quoad utilitatem. Tertia ratio erat, quia licet emptor habeat res hęreditarias, nihilominus habet precium portionis hęreditatis ipſe uenditor, & qui preciū habet rei, ipſam rem habere uidetur, necꝗ etiam iſta ratio obſtat, prout diximus, & ultra dicta DD. hic pro hac ſententia Pet. optime facit. Quia ius accreſcendi ꝓuenit ex tacita mēte teſtatoris ut, DD. dicunt in d. L. unica C. quand. non pet. part. Ideo non poteſt iſta portio accreſcere emptori, cū teſtator de emptore nihil cogitare potuit. Defendendo Bar. reſpōdet, Quod cū ius accreſcendi principaliter proueniat ex diſpoſitione legis, ſecundū ſententiam magis communem, ut per DD. in d L. unica: ergo non urget iſta ratio. Poſſent & alia multa adduci pro ſententia Petri. Verùm in hac diſputatione, omiſsis omnibus, iſtę duę ſententię poſſent ſimul reconciliari, diſtinguendo diuerſa tempora & reſpectus diuerſos: & quidem diſtinguendo ſic dicerem.

† Aut cōſtat ab initio expreſſè actū fuiſſe inter emptorem & uenditorem, ut portio deficiens accreſceret emptori, & tunc nullum dubium eſſet: de hoc enim uidetꝰ eſſe caſus in L. 2. de hęred. uel acti. uēd. ubi non uenit cōmodū pupillaris ſubſtitutionis, poſt uenditā hęreditatem, niſi expreſſè actū fuerit. Si uerò nō conſtat nec expreſſè nec tacitè, tūc uterꝗ eorū bene dicit, 121.

& omni-

& omnino portio proueniens iure accreſcendi debet accreſcere hæredi ſcripto, & ſic uenditori, propter rationes adductas per Petr. & alios. Nam ius accreſcendi, reſpicit perſonam hæredis ſcripti, & uti character affixus eſt oſsibus perſonę ipſius, à qua non poteſt auelli L. etſi ſine §. ſed quod Papinianus, de
122. minorib. † prout etiam uidemus legem hoc conſiderare, ut attendat̃ titulus & honor ſcriptus ut, L. 3. inf. de leg. prǣſtand. L. qui hæredi. L. Męuius, inf. de conditio. & demonſt. & hoc modo procedit ſententia Petri & cõmunis. Sed poſt factam acquiſitionẽ teneri debet reſtituere emptori, ꝓpter ęquitatem, eo quod dederit precium hæreditatis, ad omne ius & commodum proueniens ex ipſa hæreditate: & hoc conſiderauit Bart. dum adducebat text. in d. L. ſi totam, & pro hac diſtinctione eſt optimus tex. ex quo probatur iſta diſtinctio in d. L. Papinianus, inf. ad Trebellian. ubi ius proueniens iure accreſcendi acquiritur hæredi ſcripto, licet poſtea hæres ſcriptus teneatur reſtituere fideicommiſſario. & ſic utili hæredi: ad idem eſt tex. in d. L. 2. §. i. uerſ. Non tamen, de hæred. uel actio. uend. & hanc diſtinctionẽ ſemper ſecutus ſum in ſcholis, etiam alias legendo hanc legem: hanc diſtinctionem ponit quoq; Lancel. Poly. Decius in d. L. unica, & ſecundum eandem ſentit Iaſ. in d. L. 2. C. de pact. hic uero nullam mentionem facit, & ante omnes iſtos fuit ſentẽtia, hęc Bartol. qui nihil ignorauit

uit in d.L.qui hęredi.in §.cũ hęreditas, circa finem, ubi ponit hanc quæſtionem, Quid ſi ego ſcriptus hæres uendiderim hæreditatem, & poſtea aliquod lucrum & commodum proueniat, ad quem ſpectare debeat, dicit Bart. arguendo pro & contra, quod debeat illud commodum accreſcere hæredi ſcripto, ſed poſtea hæres ſcriptus uenditor tenetur reſtituere emptori: & ſic de hac diſtinctione noſtra in ſpecie eſt doctrina Bart. in præallegato loco.

† Ad unum tamen animaduertendum eſt ultra DD. hic, quod poſita pro uera opinione Petri, indiſtincte ius accreſcendi remanere debeat, penes uenditorem hęreditatis, nec teneatur reſtituere, prout ſup. nos dicebamus: Tamen ſententia Pet. & communis limitanda eſſet, ut procederet, quando onera hæreditaria remanerent penes uenditorem, prout regulariter remanere ſolent, L. ij. & ibi per totum titu. C. de hæred. uel acti. uend. Secus uerò ſi onera hæreditaria transferrentur in emptorem hæreditatis, prout ſpeciale eſt in fiſco, qui uendiderit hęreditatem, ut eſt caſus in L. i. C. eod. tit. de hær. uel acti. uend. Nam tũc ceſſarent omnes rationes DD. propter quas uolunt ius accreſcendi debere magis ſpectare ad uenditorem, quia ceſſante ratione legis, debet ceſſare legis diſpoſitio. L. adigere §. quamuis, cum ſimilib. de iur. patro. 123.

Ex ſecunda Quæſtione principali plures

R Concluſiones

124. concluſiones colliguntur, quarũ prima eſt, † quod inter cõiunctos re tantũ nulla habeatur prælatio, ut ſic oẽs pariter admittantur in iure accreſcendi. Bart. hic ęquiparat iſtos duos caſus, ſiue unicuiq; res in ſolidum relicta ſit, ſiue uni pars, alteri totum ſit relictum, per L. Meuio, ſecundũ tertiam lecturã, ſup. tit. prox. & ratio eſt, quia in toto pars cõtinetur. Et quod inter coniunctos re tantum nulla ſit prælatio, probat tex. noſter hic in duobus locis. Primo in uerſ. Præfertur ergo cæteris qui re & uerbis &c. Ergo inter pares & alios eſt nulla prærogatiua. Item clarius ſecũdo loco ibi in uerſ. Quod ſi re tantũ, et facit regul. Inter æquales nulla debet eſſe præeminentia. Nam par in parẽ nõ habet imperiũ L. Nam & ſup. de arbit.

125. Secunda colligitur cõcluſio, quod † coniunctio uerbalis diuerſimode cõſiderari poteſt, & quod differentia ſit inter coniunctũ uerbis cõiunctione ſin-
126. gulari, & aliũ ſub nomine collectiuo, † Bart. ponebat exemplũ, ſi teſtator ita dixerit. Titius in dimidia, fratris mei filij in alia dimidia hæredes ſunto. uoluit prædictas perſonas duntaxat uerbis coniunctas eſſe.
127. † Iſtud exemplum Bart. Iaſ. hic damnat, prout etiam ſup. idem dixerat, quod iſtæ perſonæ non ſolum ſint uerbis cõiunctæ, uerum etiam re. De coniunctione uerbali, nullum dubium eſt, quia ſub una & eadem ratione uocati ſunt, de reali etiam non uidetur eſſe dubium: quia rei & nominis complexus coniungit

cos,

eos, & ad hoc ponderat tex. in d. L. triplici. in uerſ. Videamus, ubi tex. ponit exemplum, ſi dictum ſit, Lucius, Titius, Publius, Meuius hæredes ſunto ex parte dimidia, & Sempronius ex parte dimidia, quod tales perſonæ ſint re & uerbis coniunctæ. Si quis uellet defendere Bart. circa iſtud exemplum poſſet reſpondere, quod immo duntaxat conſiderari poſ-ſit uerbalis coniunctio; re uero nullo modo dicun-tur coniuncti, quia ad diuerſas dimidias uocati ſunt. Non obſtat tex. in d. L. triplici, quia procedit quoad primas perſonas in principio uocatas, tanquam ad unum corpus, & ſup. diximus, Alia tamen ratione re-dargui poſſet exemplum Bart. ut ſemper diximus, Quod uirtualiter de neceſsitate ſubintelligitur uer-bum, quia oratio ſit perfecta, licet unicum uerbum adſit, non tamen debet conſiderari coniunctio uer-balis. per d. L. Meuio, ſup. tit. i. Nam quod teſta-tor dicit, Titius in parte dimidia, & fratres mei filij in alia dimidia hæredes ſunto, non dicuntur uerbis coniuncti, & magis uidetur teſtator uſus eſſe celeri-tate dicendi, quam eos coniunxiſſe, ut dicit I. C. in d. L. ſi quis ita, ſup. de hæred. inſtituen.

Tertia notabilis & ſingularis colligitur conclu-ſio, † quod quando plures ſunt uocati collecti-ue, ut in exemplo ſup. adducto, ſi unus ex con- 128.
iunctis collectiuè præmoriatur uel repudiet portio-nem, quod tunc inter coniunctos collectiuè ſit præ-

latio, licet ęquales ſint in cõiunctione. Iſtud dictũ ſin gulare eſt, et fuit nouũ dictũ Bar. in hac materia, pro ut dicit Bald. in L. unica, in quæſtio. >. C. quand. non peten. pet. † Sententia Bar. ab omnibus indif-
129. ferenter recipitur, & apparet per omnes repetentes Crot. Ripar. & Alciat. Licet iſta ſententia Bart. ab omnibus recipiatur, ut diximus, nullo modo tamen mihi uidetur in puncto iuris uera. In primis exemplũ ipſius non poteſt ad ſpeciem reduci, prout ipſe po-ſuit. Tutius eſt ponere exemplum, prout poſuit I.C. in d. L. interdum, ut ſi dixero. Primus & fratris mei filij hæredes mihi ſunto æquis portionibus. Iſti dicun tur uerbis tantum coniuncti. & quod iſtud ſingulare dictum Bart. non poſſet procedere. Nam licet perſo-næ uocatæ à teſtatore ſub nomine collectiuo, uide-antur inter ſe inducere maiorem unitatem & con-iunctionem, nõ tamen ſequitur quod propter iſtam maiorẽ coniunctionẽ, debeat à lege induci prære-gatiua aliqua in iure accreſcendi, ut aliquis alteri præ-feratur: Quia quod teſtator uocat perſonas ſub no-mine collectiuo, magis uidetur celeriter dixiſſe, quã induxiſſe prærogatiuam. arg. L. ſi ita quis hæredes, ſup. de hæred. inſtit.

Secundo contra ſententiã Bart. obſtat tex. noſter, dum uult in uerſiculo, Præfertur, ſolum competere prærogatiuã prælationis in iure accreſcendi coniun-cto re & uerbis: ergo apparet, quod alteri nõ datur, aliàs

aliàs redarguendus eſſet I. C. noſter. Tertiò, contra Bar. uidetur obſtare id quod ipſemet dicit in ſequenti quæſtione, dum uult poſt Accurſium, Inter re coniunctum tantum & uerbis coniunctum nullam eſſe prꝛrogatiuã prꝛlationis, ſed omnes ꝛqualiter admitti, per tex. d. L. ſi ita quis, & d. L. Mꝛuio, inf. tit. i. & tamen coniunctio uerbalis expreſſè inducit caput & unitatem, & per conſequens, ſecundum Bar. maiorem coniunctionem, ut dicit expreſsè tex. in d. L. unica §. fin. uerſ. hoc item tam uarie C. de cad. toll. & tamẽ, ut diximus, nulla fit prælatio, quod debebat fieri, ſi uera eſſet iſta ſententia Bar. hic. Quarto etiam pro hac ſententia facit, quia hoc modo dicendo, ut Bart. & DD. dicunt, uideretur cõſiderari alia diuerſa coniunctio, quod eſſet contra tex. in d. L. triplici. Item accedit, q̃d iſta maior unitas corporis, quꝛ inducitur ꝑpter nomẽ collectiuũ, non inducit diuerſam coniunctionem in ſubſtantia, & per cõſequens, non debet diuerſum iuris effectum producere. Nã ea qua differunt per plus & minus non ponunt diuerſam ſpeciẽ L. fi. de fund. inſtruct. not. in §. fin. Inſt. de iur. perſ. Bar. & DD. in L. i. de acqui. poſſ. Et ita tenendo contra hanc ſententiam Bar. qui magis ex capite ſuo mouetur, q̃ꝑ iurib⁹, quꝛ per capillos traxit, nõ obſtãt tex. in contrariũ adducti, & primo tex. in d. L. interdum. nam non ualet conſequentia per illum tex. ut ſup. probaui, quod illi qui ſunt magis dilecti & uocati, habeant prærogatiuã

prçlationis,neq; I.C.hoc ſentit, neq; unquam habuit in animum dicere, quod Bart. uoluit per illum text. quia nullum uerbuiu ibi ponit de eo, quod qui uocantur ſub nomine collectiuo,ſint cæteris præferendi.Minus ꝓbat intentionē Bar.tex. in L.ſi quis Titio & hçredibus, de uſufr.accreſ. & inductio Bar.fragilis &debilis eſt qui dicit,quod I.C.hoc uelit dicere,& inducere prçlationem inter perſonas uocatas ſub nomine collectiuo, ad hoc ut illa lex poſita ſub titu. de iur. accr. faciat ſecundum titulum illum, I.C. ibi non habuit hanc intentionem,ſolum decidit quçſtionem, de qua ibi.Immo ratio Bart. potius probat oppoſitū. Cum in toto illo titulo nulla ſit lex, quç dicat aliquid de prærogatiua prçlationis, ſed tantum de iure accreſcendi.Ergo non debemus inducere aliquam ſpecialitatem per illum text. Non obſtat tertio loco L. ſcire debemus, de uerb. oblig. qui tex. à Bart. ſic inducitur, Si quis ſtipuletur plures res in conſpectu, ut unica ſit ſtipulatio, quia perinde eſt, ac ſi corpus ſtipulatus fuiſſet.Nam ut diximus, coniunctio,quæ inducit corpus, non inducit prærogatiuam prælationis, ſed tantū illa, quæ utroq; uinculo munita eſt, ut eſt mixta coniunctio, ut in L. noſtra dicitur. Non obſtat etiam ultimo loco tex. in L. ſi ex duobus,inſ. de bon. poſſ. contr. tab. & in L. i. §. ſi ex nepotibus, inſ. de coniung. cum eman. lib.ex quorum ſententia Bart. dicit probari ſententiā ſuam, ſed illa iura loquuntur

in diuer-

in diuerſis terminis, uidelicet ſucceſsionis ab inteſtato, quum tractatur de bonorum poſſeſsione contra tab. per quã reſcinditur teſtamentũ, & tunc ex diſpoſitione legis, qui ueniunt ex ſtirpe aliqua pręferuntur cęteris, etiam in iure accreſcendi. Secus uero in teſtamento, ut eſt quæſtio noſtra.

Ad unum tamen animaduertendum eſt, † poſito enim & nõ conceſſo, quod uera eſſet ſententia Bart. & communis ex identitate rationis Bart. ſequeretur, quod ſi eſſent aliqui coniuncti re tãtum, & uocati ſub nomine collectiuo, & alter terti⁹ eſſet uocatus ad eãdem rem, q̃d ſi portio deficeret ex perſona unius, qui uocati erant collectiuè, quod portio illius deberet illis accreſcere, & nõ alteri. Exemplum ſic poni poteſt in iſtis terminis noſtris. Titio fundum Cornelianum lego, & eundem fundũ filijs fratris mei lego, hoc autem abſurdum eſſet, & contra text. noſtrum in uerſ. Quod ſi re tantum, ut inter cõiunctos re tantũ nulla ſit prelatio, & ſuper hoc nullus diſputat per legẽ noſtram, & ſic apparet, quod redditur noſtra ſententia clarior cõtra Bar. & ſequaces hic, & poſito q̃d uera eſſet ſententia Bart. limitarẽ tamen ꝓcedere debere, † quando dictum eſſet ſimpliciter, Inſtituo filios fratris mei, et ſic qñ perſonę ſimpliciter eſſent uocatę ſub nomine collectiuo, ſecus uerò ſi pręcederet ſpecificatio perſonarũ, ueluti Titiũ, Caiũ, Sempr. filios fratris mei hæredes inſtituo. Nã iſto caſu nomen collectiuũ habebit

130. (beside "Ad unum tamen animaduertendum eſt")
131. (beside "clarior cõtra Bar.")

bebit ſuam propriam ſignificationem, & illa uerba, filios fratris mei, magis poſita eſſent gratia cuiuſdam demonſtrationis, quã ut ſignificarent ueritatem corporis, & iſta eſt pulchra declaratio ad tex. in d. L. interdum, & in d. L. ſi quis à Titio cum ſimilibus. Et hoc uidetur ſentire Iacob ab Arena hic in ipſius ſolutione, in L. Lucius §. Lucius Titius. el. i. ſup. tit. pximo, & hoc uidetur ſentire Bal. in d. L. unica. Quando non peten. part.

132. † Quarto ex dictis Bart. colligitur, uocatos collectiuè caput quoddam inter ſe inducere, & loco unius perſonæ haberi, d. L. interdum. Ex dictis Bart. hic reſpondendo ad duo contraria, limitatur prædicta re-

133. gula. † Niſi ex coniecturata mente teſtatoris appareat omnes ad uirilem portionem uocari, ut eſt text. notab. in d. L. Lucius §. Lucius Titius, poſt Dinum, Bart. & DD. omnes. Quia dictum erat per teſtatorem, ut bona remanerent ſemper in familia, & extra familiam alienari non poſsint. Iaſ. in L. fin. C. de impub. & ali. ſub. & Ripar. hic damnabant hanc ſolutionem, eo quia Seia non erat de numero libertorũ, ergo nõ poterat procedere deciſio illa, propter hanc rationem. Itẽ dicta ſolutio uidebatur aduerſari, quia Seia nullo modo erat de familia, ſed extranea, prout expreſſe dicit tex. Tamen defendendo communem ſolutionem Dyni, Bar. & aliorum, nulla melior ſolutio eſſe poteſt, ut apparet ibi in tex. Non obſtant prędicta:

dicta: nam appellatione familiæ ueniunt liberti, L. pronunciatio, §. familæ. ff, de uerb. ſigni. ad idem eſt bonus tex. in L. i. §. deieciſſe, in uerſ. familiæ, de ui & ui ar. prout etiã Spige. in ſuo lexico dicit, & hoc modo erit prima limitatio ad tex. in d. L. interdum.

† Secunda limitatio colligitur etiã ex tex. in L. utrũ. 134.
infr. de reb. dub. quando teſtator inſtituiſſet poſthumũ. Nã ſi plures poſthumi naſcerent̃, illi nõ eſſent uocati ad unã portionẽ, ſed quilibet pro uirili, ita Bar. & DD. dicũt ad tex. in d. L. utrũ. Iſta tamen nõ uidetur mihi eſſe limitatio. Nam tex. in d. L. utrũ, nõ loquitur de nomine collectiuo, ſed loquitur de uerbo indefinitè prolato, dicendo, Inſtituo poſthumũ, Indefinita uerò æquipollent uniuerſali, L. ſi pluribus, ſup. tit. i. & ita Paul. Caſtr. cuius ſententiam approbo.

In ſecunda quæſtione ex dictis Bart. poſt gloſ. colligitur. † An quando diſputatur, quæ perſonæ 135.
coniunctæ ſint præferendæ, re coniunctus tantum ſit præferendus uerbis coniuncto, uel è contra? Tres diuerſæ ſententiæ ponuntur hic. Prima fuit Rogerij, uolentis re coniunctum tantum præferri uerbis coniuncto tantum, & mouebatur per tex. noſtrum hic, incipientem, quod ſi re tantum, &c. Secunda ſententia fuit contraria Hugolini antiqui gloſſatoris, uolentis uerbis coniunctum præferri re cõiuncto tantum, & mouebatur per tex. noſtrũ hic, cuius ſententia magis arridet textui, & hodie eſt magis communis.

S Tertia

Tertia fuit Iohannis & Azonis, quorum ſen ten-
tiæ aſtipulatur Accurſius hic, ut neuter præferatur,
ſed æqualiter admittantur, Bar. & plures alij tenent
hanc ſententiam, quæ reputatur communis. Quia
uero iſte articulus difficilimus eſt, & clauis totius
noſtræ materiæ, propterea plenius eum diſcutiam, ut
magis appareat de ueritate: & inprimis aſſumam ſen
tentiam Roger. quæ ab omnibus damnatur. Secun-
da opinio fuit Hugolini, uolentis uerbis cõiunctum
præferri re coniuncto, per tex. noſtrum hic, de cuius
intellectu infra diſputandum erit. Opinionem Hu-
golini ſecuti ſunt Petrus de bella pertica & omnes
fere Vltramontani, adducentes plures rationes, ut
hic per Bartolum. Hunc intellectum ſecuti ſunt
Raphael, Sal. Beſut. Iacob. de Puteo, Iaſ. hic, qui
dicebat iſtum intellectum magis applaudere uerbis
textus, & eſſe ex ſententia Pauli I. C. & hodie com-
muniter receptum. Et ſane indifferenter omnes
recentiores ſequuntur, ut hic per Crot. Rip. Lancel.
Pol. & ultimo loco Alciat. qui omnes huic ſenten-
tiæ aſtipulantur: aſſerentes quoq; communem eſſe,
pro cuius ueritate diſcutiendus erit tex. noſter in fi-
ne hic, qui, ut dixi, magis arridere uidetur ſententiæ
Hugolini, quã Iohan. Azo. & Accurſij. Et inprimis
iſte intellectus probatur plurib. modis, ut hic per Be-
ſut. Iaſ. & alios. Inprimis enim tex. noſter hic in uerſ.
Quod ſi rẽ, uſq; ad finẽ, nullã facit mentionẽ de con-
iuncto

iunćto re & uerbis, ſed duntaxat loquiť de cōiunćto re tantum,& uerbis tantum, probatur quoq; iſte intellećtus, quia ſi uerſiculus, Si uero, intelligereť, prout intelligunt alij prædicti gloſſatores, eſſet omnino ſuperfluus: quia, l. C. in uerſ. pręfertur, dicit re & uerbis cōiunćtū cæteris præferri. Superflua eſſet deciſio illorum duorum caſuum ſubſequentium, quod non eſt concedendum, cum in iure noſtro nihil debeat eſſe ſuperfluum, §. quibus, pri. conſtit. Codicis. Et licet Bart. ad hoc reſpondeat, nihilominus reſponſio ipſius non uidetur tuta, ut infr. dicam. Item comprobatur iſte intellećtus. Nam intellećtus aliorum eſſet contra mentē, I. C. qui nullo modo dubitauit, quod coniunćtus re & uerbis eſſet præferendus, & lex in fine eſſet de caſu indubitabili, quod nullo modo eſt concedendum, L. Quod Labeo. cum ſimilibus, infr. ad Carbonian. Item etiam ſi uera eſſet ſententia Accur. & Azonis, ſequeretur, quod tex. noſter in uerſ. præfertur, maneret inceptiue, & non illatiuè, quod uidetur eſſe contra proprietatem uerborum, præfertur ergo &c. Item aduerſantur uerba tex. cōtra prædićtos gloſſatores, dū tex. ibi dicit. Quęſtionis eſt. Illa uerba omnino oſtendūt maximā eſſe dubitationē, et alio modo ſuperflua fuiſſent, quod nullo modo eſt dicendū, † cum uerba ſemper debeant aliquid operari, L. ſi quādo, ſup. eo. tit, c. ſi Papa, de priuileg. lib. 6. Bald. in Rub. C. de rer. permutat. in 13. quæſtione. 136.

Item etiam intellectus Iohan. Azo. et aliorũ nullo modo poteſt procedere, eo quia neceſſe eſſet dicere impropria eſſe uerba tex.& poſitum ibi, quod ſi, pro, quia, prout ſatetur etiam Bart. hic, & eſſet abſurdum redarguere I. C. quod inepte ibi locutus fuiſſet, & multa alia adduci poſſent pro iſto intellectu, ponderando illum, ut infra dicam.

Tenendo tamen ſententiã Ioh. Az. & Acc. Bart. & aliorum, quæ iudicio meo magis etiam hodie communis eſt, reſponderi poteſt omnibus ſupradictis, & dici, nullo modo Paulum I. C. ſentire intellectum Hugolini, necꝫ ex uerbis tex. colligi poſſe. Quia I. C. in uerbo, præfertur, præcipuum uoluit eſſe prælationis priuilegium in perſona utroꝗ modo coniuncta, & illi duntaxat competere: Cuius uiua ratio erat. Quia cum duo uincula potiora ſunt uno, & inter æqualia nullo modo debet eſſe aliqua prælatio, merito I. C. in uerſ. Quod ſi re, uſꝗ ad finem, uoluit comprobare dictũ ipſius, arguendo à ſufficiẽti enumeratione partiũ, & hoc ſuadetur. Nam alias, I. C. ſibimet aduerſaretur, ſi uerus eſſet ſenſus Hugolini, ut uerbis cõiunctus debeat præferri re cõiuncto tantũ. Cũ realis cõiunctio æqualis ſit, imo potentior. Nam cõiunctio realis per ſe manere poteſt nõ indigẽs adminiculo cõiunctionis uerbalis, ſicut ẽ cõtra uerbalis cõiunctio indiget ipſius, ut ſup. per Bart. Item nõ eſt ueriſimile, I. C. uelle hic decidere, ut ſentit. Hug. quia

aduerſare-

aduerſaretur alijs iurib. et ideo debemus interpretari ſententiam Pauli fuiſſe, ut eſſet conformis diſpoſitio ni iuris, quæ uidetur diſponere, ut inter iſtos coniun-ctos nulla ſit prærogatiua in prælatione, ſed æqua-litas ſit ſeruanda, & uidetur eſſe caſus in L. ſi ita quis hęredes, ſup. de hęred. inſtit. in L. Mæuio, ſecun dum unum intellectũ, ſup. tit. i. † & caſus omiſſus re-manere debet in diſpoſitione iuris communis L. ſi cum dotem, ſup. Sol. mat. L. ſi extraneus, de condict. ob. cauſ. L. commodiſsime, inf. de lib. & poſth. Acce-dit etiam ad comprobandum iſtum intellectum, quia I.C. ibi in uerbo, Et magis quæſtionis eſt, an coniun-ctus præferatur, ſimpliciter loquitur non declarando de quo coniuncto ſenſerit, an de utroq; coniuncto, uel uerbis tantum. † In dubio ergo debemus intelli-gere de potentiore ſignificatu, L. i. §. qui in perpetuę. Si ager. rectig. Sed abſq; dubio potentior eſt coniun ctio mixta, ut apparet in tex. noſtro: Ergo I.C. locu-tus eſt, non de uerbis coniuncto, ſed de utroq; con-iuncto, & ad hoc in propoſito facit optimè gl. ſingu-laris & unica, in §. his ita. in uerb. Coniunctim. C. de cad. toll. quam ſingularem & unicam dicit eſſe Za-ſius in ſuis intellectibus. 137. 138.

Item etiam iſte intellectus Hugo. poſſet redargui, quod ineptè poſuiſſet duos caſus, & duas quęſtiones. Nam uolebat quod ſic ponerentur tres caſus. Primus erat clarus, ut re & uerbis coniunctus præferatur cæ-

teris.Secundus in uerſ. Quod ſi re, ut eſſet quæſtio, An re coniunctus præferatur uerbis tantum, Et dicit quod non. Tertius caſus in uerſ. uerbis,ut uerbis cõ-iunctus præferatur re coniuncto tantum. Nam ſatis fuiſſet ponere tertium caſum, et omittere ſecundum. Nam ſi uerbis coniunctus præfertur coniuncto re tantum, fruſtra eſt quærere,an re coniunctus præfe-ratur uerbis coniuncto. Sed hoc non eſt dicendum, ut ſuperflua ſit quęſtio contra mentem I. C. & quia
139. † Ars & natura, ut dici ſolet, nihil fruſtra operantur, L. hæc ſtipulatio §.diuus,inf. ut leg. nom. caueat.ex his ergo omnibus, & alÿs apparet Paulum I. C. ma-gis ſentire ſententiam Ioh. Azon. & aliorum, & ita tenendo non obſtant ſupradicta, quod text. noſter eſſet ſuperfluus.Nam non dicitur ſuperfluitas, quan-do I.C. intendit probare dictum ſuum, prout hic fe-cerat Paulus. Non obſtat quoq;, quod lex eſſet de caſu indubitabili. Immo uidebatur, quod eadem ra-tio eſſet in uerbis coniuncto, ſicut in utroq; coniun-cto.Nam in coniunctione uerbali uidentur duo uin cula conſiderari.Nam aliqualis coniunctio realis in-eſt in coniunctione uerbali, & ſic cum uiderentur ę-qualia,nulla eſſet prælatio: hoc uoluit de medio tolle re Paulus,dum dicebat, Et magis quęſtionis eſt.Quia in coniunctione reali tantum, nullam dubitationem habebat Paulus. Item non eſt uera illa regula, Quod

lex

lex debeat eſſe de caſu dubitabili. Immo contrarium apparet in L. 2. de natal. reſtitut. ubi à I.C. dicitur: Iſte caſus indubitabilis eſt, & nullam unquam habuit dubitationem, ut pluries dixi in aliјs locis declarando hoc uulgare dictum. Non obſtat etiam quod uerba hic improprie caperentur. Nam ſæpe uidemus dictionem Quod, pro, quia, & hoc maxime dicendum eſt in textu noſtro, ne fiat contradictio ſententiæ I.C. debemus enim potius improprie uerba capere & ſeruare mentem I. C. Et ex his omnibus, & aliјs facilè apparet ſententiam iſtam non ita facilè poſſe procedere, eamque dubiam eſſe. Videndum erit etiam, an ſententia Hugolini ſuffulta ſit rationibus, ultra textum noſtrum, pro cuius ſententia Petrus Vltramontanus hic, ut Bartolus refert, adducit quatuor rationes, quarum prima eſt: Quod cum coniunctio uerbalis magis prouenit ex mente teſtatoris, quam realis, ideo præferri debeat: nam uoluntas teſtatoris ſemper prædominatur L. in conditionibus primum locum, cum uulgaribus, de condition. & demonſtration. Huic rationi bene reſpondet Bartolus hic, quod non minus coniunctio realis procedat ex intentione teſtatoris, quam uerbalis, dum teſtator cuilibet rem in ſolidum legauerit. Immo magis uidetur prouenire coniunctio realis ex ſententia teſtatoris, quam uerbalis.

Nam

Nam teſtator omnino uolebat rem duobus inſoli-
dum legare, & quod unuſquiſq; eorum inſolidum
eſſet dominus. Lex tantum impediebat hanc inten-
tionem teſtatoris, cum non permittat duos eſſe do-
minos eiuſdem rei inſolidum d. L. ſi ut certo §. duo-
bus, cum alijs ſimilib. Commod. Immo etiam ex alio
uidetur magis ex intentione teſtatoris manare rea-
lis, quam uerbalis coniunctio. Nã interdum lex non
attendit coniunctionem uerbalem, ſed quod teſta-
tor magis celeriter dixiſſe uideatur, quam coniunxiſ-
140. ſe, d. L. ſi ita quis hæredes. † Secunda ratio erat, quia
coniunctio uerbalis inducit corpus & unitatem pro-
pter ſermonis unitatem, d. L. unica §. ſin autem ad
deficientis C. de cad. toll. facit quoq; tex. in d. L. in
terdum, in princip. ſup. de hæred. inſtit. Huic quoq;
rationi reſpondebat Bart. Non poſſe conſtitui diffe-
rentiæ rationem, quare magis unitas ex parte perſo-
næ, quam ex parte rei emanare deberet. Iſta tamẽ re-
ſponſio mihi non ſatisfacit, & Bart. uidetur ſibi con-
tradicere, dum proxime uolebat, q̃d uocati ſub no-
mine collectiuo, eo quia unitatem & corpus introdu
cebant, cæteris eſſent prę̃ferendi. arg. d. L. interdum,
d. L. ſi ut duobus, in princip. inf. de bon. poſſ. contra
tab. L. i. §. ſi ex nepotibus, inf. de coniungen. cum
eman. lib. Si tenemus ſententiam noſtram, quã ſup.
tenuimus, quod propter unitatem ſermonis & cor-
poris nõ debeat induci aliqua prę̃latio, facilè reſpon-
debitur

debitur huic rationi. Nã ut diximus, ſententia Bart. non probatur iuribus: itaq; dicamus contra Petrum, quod non qropterea ſequi debeat prælatio, licet con ſideretur unitas. Tertia ratio fuit Petri, ut præferri deberet cõiunctus uerbis, per regulam, † Qui gra= 141.
uatur in uno, debet releuari in altero, uulgata. L. cũ qui, de iureiur. Sed uerbis coniunctus grauatur: quia portio accreſcit ſibi cum onere: ergo debet releuari. Huic rationi reſpondet Bart. quod teſtatoris mens tollat contrarium. Petr. de Beſut. redarguebat hoc, dicens ſententiam teſtatoris non tollere, ſed ut Iaſ. dicit, imo tollit, quia ſi teſtator hoc uoluiſſet potuiſ= ſet: ex quo ergo non fecit quod potuit, noluit d. L. unica, §. ſin autem ad deficientis, de cad. toll. Quarta & ultima ratio eſt, nam debemus ſemper interpreta= ri diſpoſitionem teſtatoris in dubio, † ut magis ua= 142.
leat, quã pereat teſtatoris uoluntas, L. proxime. uerſ. Sed in re dubia, ſup. de his quæ in teſta. del. Sed ſi re= coniunctus præferretur, uoluntas teſtatoris non fir= maretur. Bar. reſpondet, teſtatorem hoc uoluiſſe tacitè. Domini aduertite, quod iſta quarta ratio Pet. male adducitur, quia ſequeretur, ſi re cõiunctus præ= ferendus eſſet, quod portio accreſceret ſine onere per ius non decreſcendi, & ideo Bart. non benè in= tellexit. Immo ſi æqualitas admittatur inter re con= iunctũ & uerbis tantũ, ſeruatur uoluntas teſtatoris, licet onus nõ ſeruet in perſona cõiuncti. Quia uenit

per ius non decreſcendi, ſeruabitur tamen in perſo-na uerbis coniuncti, qui uenit per ius accreſcendi, & ſic onus ei cum onere accreſcit.

Pro ſententia Hugol. Politus hic adducebat duas rationes, & ſic erit quinta ratio, quia coniunctio uerbalis operatur ut coniuncti loco unius perſonæ uideantur, licet ad hoc nil adducat, eſt L. plane, in princ. ſup. eod. lib. ij. in d. L. interdum, cum ibi notatis, propterea inferebat, ius accreſcendi ab eadem perſona eidem perſonæ debere prouenire, arg. L. Solus, ſup. de acquir hæred. Iſta ratio eadem erat in effectu cum ſecūda ratione Petri, quem ſup. reprobauimus, quod licet coniunctio uerbalis faciat corpus, non propterea ſequitur prælatio coniunctionis, ut ſup. diximus, reprobando Barto. Nam tum demū competit priuilegium prælationis, quādo ſumus in coniunctione mixta, ut in tex. noſtro, ac ad idem adduco optimum tex. in L. hæredes, ſup. de hæred. inſtit.

Sexta ratio pro eadem ſententia adduci poteſt, quia coniunctio realis non eſt admodum conſiderabilis, quo ad effectum iuris accreſcendi, cum in pluri-
143. bus iuribus, præſertim per Imperatores, † re coniuncti habeantur pro disiunctis, ut in d. L. unica. C. de cad. toll. §. ſi eadem res, Inſt. eod. Quia reſpondetur, quod non propterea coniunctio realis eſt deterior coniunctione uerbali, immo potentior, cum in pluribus caſibus locum habeat, in quibus coniunctio uerbalis nullū habet locū, prout Iaſ. hic cōſiderabat,

proſententia Rogerij. Item re cõiuncti non dicuntur proprie cõiuncti, ut patet in L. triplici. de uerb. ſignif.

Septima eſſet ratio, quæ adduceretur pro ſentẽtia Hugo. quæ plurimũ (meo iudicio) urgere uidetur, ut non procedere poſsit ſententia Ioannis, Azon. & aliorũ, ut re cõiunctus tantũ, et uerbis cõiunctus tantũ æqualiter admittãtur. Quia ſi hoc eſſet uerum, ſequeretur, quod iſta portio deficiẽtis diuerſo iure cenſeretur, & illis accreſceret. Nã re cõiunctus ſuccederet per ius non decreſcendi, ſeu non diminuendi, uerbis tantum, per ius accreſcendi, & ſic diuerſo iure, quod eſſet contra L. eum qui ædes, de uſucap. † Sed de- 144.
fendẽdo Ioan. & Azo. reſpõdere quis poſſet. Quod cũ ſumus in diuerſis perſonis habentib. ius ex diuerſo iure, & ex diuerſis fontib. quod contrariũ, d. L. eũ qui, quod abſurdũ eſt, ceſſare uideretur, prout in ſimili uidemus. Nam licet † duo ſpecialia non poſ- 145.
ſint ſimul concurrere, L. i. cum ibi nota. C. de dot. promiſs. L. cum poſt. §. gener. de iur. doti. DD. latè in L. i. ſup. Sol. matr. † tamen ſi ueniant ex diuerſis 146.
fontibus, poſſunt ſimul concurrere, ita Bar. & DD. in L. is qui pro emptore, circa finem, de uſucap. & in L. ſingularia. Si cer. petat. Vnum tamen notandum erit, quod ſi uera foret ſententia Bart. iſtæ perſonæ ſuccederent diuerſo iure, unus per ius non decreſcendi, alter per ius accreſcendi, & maxima poſſet eſſe differentia: Quia re coniuncto accreſceret

portio abſq; onere, uerbis coniuncto cum onere, prout differentia eſt, ut aperte Imp. dicit in L.unica. §.his ita, uerſ. hæc ita C.de cad. toll. quod notabitis.

Tertia fuit ſententia Ioannis, Azo. & Accurſ. qui fuerũt celeberrimi inter omnes gloſſatores, ut æqualis deberet eſſe diuiſio in portione deficientis inter re coniunctum & uerbis coniunctum tantum. Hanc ſententiam ſequutus eſt Bart. hic, qui eam defendit ab omnibus obiectionibus: hanc eandem ſequitur Bald.in d.L.i.§.interdum, ſup.de uſufru.accreſ. idem dicit Bald. & Rom. & omnes Citramontani, & hanc eſſe communem ſententiam, aſſerit Ang. Aret. in §. ſi eadem res, & ibi Chriſto. Porcus, Inſt.eod. propterea mihi uidetur, quod iſta ſit etiam hodie magis cõmunis ſententia, cum ſit ſuffulta tot authoritatibus clariſsimorum uirorum, præſertim glo. & Bart. & licet Iaſ. cum alijs recentioribus dicat magis communem eſſe ſententiam ſecundum Hugol. tamen iudicarem magis communem eſſe ſententiam pro glo. & Bart. cum alijs. Nam omnes reſpectu prædictorum loco unius perſonæ habentur, arg. d. L. plane,
147. cum uideamus maximam eſſe authoritatem glo. † cuius authoritas omnes antecellit, prout Iaſ. poſt multos dicit in L.ut uim.de iuſ. & iur. circa finem. Damno tamen iſtos, qui uolunt magis attendere
148. numerum authoritatemq; , quam ueritatem, † quæ præferenda eſt authoritati, prout Imp. dicit

in d.L.

in d.L.i.§.ſed necp ex multitudine C.de uet. iur.enu-cl.et in ſacra ſcriptura legitur, Exod.cap.23.In iudicio propter multitudinem authorum non eſſe à ueritate deuiandum.Quod autem iſta ſit communis ſententia ultra prædictos, uoluit etiam Oldrad. Caſt. & omnes DD.hic & in L.Meuio, ſup. tit. i. ubi Paul. Caſtr.dicit per illum tex.probari ſententiam Bar. in L.noſtra, quod coniunctus re tantum, & coniunctus uerbis tantum æqualiter admittantur, & quod ita communiter quocp teneatur. Vnde apparet manifeſte hanc eſſe communem ſententiam, ut etiã aſſerit Petr.de Beſu. & quod ſi ſecundũ cõmunem ſententiam iudicandum eſſet, magis ſequẽda ſit ſententia Bart.quæ communiter, ut dixi, recipitur, pro qua etiam (non obſtantibus his, quæ tradit Iaſ.cæterique recentiores) duo iura urgentiſsima adducuntur, † 149
primo tex. in L.ſi ita quis hæredes, ſup.de hæred. inſtit.qui tex.ut dicit hic Bart.deſtruit intellectum Hugolini, et ſequacium.Nam ibi caſus talis eſt.Teſtator inſtituit Titium hæredem, ſimpliciter dicendo, Titius hæres mihi eſto, deinceps dixit teſtator, Caius & Meuius ex æquis partibus mihi hæredes ſunto: dicitur ibi, Si unus ex his deceſſerit, alteri ſoli non accreſcit portio deficientis, ſed omnibus cohæredibus. Et tex.ille intelligi debet, ſi unus ex his, ſcilicet coniunctis.Nam ſi Titius deceſsiſſet, inter Caium & Meuiũ ſuperſtites nulla fuiſſet difficultas, quin pariter admit-

terentur, cũ omnes eſſent uerbis coniuncti tantum, & propterea de Titio & alio ſuperſtite ex coniunctis intelligi debet. Propterea cum ibi Titius eſſet cum aliis re coniunctus, quia totus as ei attributus erat, ſi Caius & Mæuius uocati non fuiſſent, poſtea ex illo aſſe, & toto partes illorum detractæ fuerunt, & ibi I. C. uult, quod ſi unus ex coniunctis deceſſerit, ut diximus, omnibus cohæredibus portio illa debeat accreſcere: ecce ibi caſum, quo erat concurſus re coniuncti tantum, & uerbis tantum coniuncti, & eo æqualiter admittantur, nec apparet ullam eſſe prelationem inter prædictos coniunctos.
150. †Ad iſtũ tex. ſic inductum conantur DD. qui Hugol. ſententiam tenent, tradere plures ſolutiones. Prima eſt Petri Vltramontani, ut per Bart. hic, quod ibi omnes erant uerbis coniuncti, & quod punctus deberet eſſe loco copulæ, quę inducit coniunctionem, d. L. triplici. Iſta ſolutio ab omnibus damnatur, & primo per Bartolum hic, qui dicit. Licet Petrus uoluiſſet euadere modo prædicto, tamen nulla ratione procedit ſolutio ipſius. Nam copula, &, inter diuerſas orationes, de quibus expreſſe conſtet, non poteſt illas perſonas ſimul coniungere, etſi punctus loco copulæ coniungit, quando in eadem oratione ponitur, & hoc modo loquitur tex. in d. L. triplici. Sed Petrus ſemper habuit iſtum intellectum, ut copula, Et, quocunque

modo

modo induceret coniunctionem, quod omnino falſum eſt, ut ſupra poſt Bart. diximus. Alia quoque ratione non poteſt procedere iſta ſolutio. Nam ſi omnes eſſent uerbis coniuncti ſecundum Petrum, ſequeretur quod Titius, qui eſt re coniunctus, ut diximus, utroque modo eſſet coniunctus, & per conſequens, præferendus fuiſſet, iuxta textum noſtrum in uerſ. præfertur, quod eſt contra deciſionem text. in d. L. ſi quis ita. † Secunda ſolutio à Salic. tradebatur, quod textus in d. L. ſi ita quis, nullo modo 151
probaret intentionem gloſ. Bartol. & aliorum, immo contrarium, inſpecta ratione I. C. ibi, dum dicit, Non tam coniunxiſſe quam celeriter dixiſſe uideatur, ut præſumptio ibi fiat de non coniunctione uerbis: quia præceſſerat à principio ſeparata Titij inſtitutio. Secundo Caius & Mæuius fuerunt ex æquis partibus hæredes uocati, ideo fit præſumptio, de qua ibi per I. C. Secus uero ſi precederet inſtitutio Caij & Meuij, tunc teſtator uidetur eos coniungere, & ad hoc annotabat textum ibi dum dicit, Videatur, quod ſui natura ſolet inducere præſumptionem, ut Iaſon hic dicit. At I. C. non uidetur fundare deciſionem ſuam in ordine: neque enim uerum eſt I. C. ibi excludere coniunctionem uerbalem. Quia ſi excluderet, Titio duntaxat portio accreſcere debuiſſet, cum alter ſuperſtes nullo modo eſſet coniunctus,

ſed

ſed penitus diſiunctus, quod expreſſè eſt contra illum tex. Item contra hanc ſolutionem urget text. in L. Meuio, de quo infra dicemus, ſup. tit. i. ubi procedit coniunctio uerbis tantum, dum tex. dicit, Meuio fundi dimidiam, Titio dimidiam lego, & poſtea tertio fundus in totum legatur ſeparatim, Vbi tamen I.C. non inducit coniunctionem, ſecundum unū intellectum: propterea Pet. Beſutius hic in repetitione iſtius legis, tradebat duas ſolutiones ad iſtum text. Prima erat, & ſecundum ordinem noſtrū tertia ſolutio, quod tex. in d. L. Si ita quis, nullo modo deſtruat ſententiam Hugolini, ut ipſe Bart. dicebat, immo gl. quæ Bar. ſententiam confundit, fatetur ſolutionem illam ad illum tex. non procedere, & ibi Beſut. notat rationem, I.C. à contrario ſenſu, dū dicit, Quia non tam coniunxiſſe, &c. Ergo ſi teſtator uoluiſſet coniungere, ſuperſtes ex cōiunctis præferretur. Sed quia noluit coniungere, ſed celeriter dicere, ideo &c. Nā ſeparatim uocauit hæredes, prout inceperat, ſcilicet Tit. hæres eſto, Caius hæres eſto, uerū quia celerius illos uocare intendebat, ideo in una et eadē oratione

152. uocauit Cai. & Meu. † Iſte intellectus non poteſt procedere, prout Iaſ. etiam animaduertit. Inprimis enim iſte intellectus eſt uerè diuinatiuus, quod iſta fuiſſet mens teſtatoris, illos omnes ſeparatim uocare in diuerſis orationibus, cum cōtrarium factum fuerit per teſtatorem, ut cōſtat apertè in facti ſpecie, ideo reijcien

reijciendus eſt. arg. L. ſi putator, ad L. Aquil. Auth. de teſta. imperf. uerſ. Nobis non diuinantibus. Necq; obſtat quod dicebat Beſutius, qui hic ſentiebat ſatis ex uerbis I. C. hoc conſtare, dum in principio Titius ſeparatim, & non coniunctim uocatus fuerit, † & 153.
præcedentia declarant ſequentia, L. ſi ſeruus plurium, §. final. cum uulgarib. de leg. i. Nam ad hoc reſpondetur, non propterea ſic poſſe colligi, & diuinare eſt, uti diximus, necq; ibi argumentum à contrario ſenſu colligi debet. Narratio enim I. C. non hoc inducit necq; ſimpliciter conſideratur illa ratio: nam aliàs incerti eſſemus, quando teſtator unica oratione, & ſermonis perpetuitate uſus, iuducere uellet coniunctionē, quando uero nō, ſed leges ſimpliciter dicunt, ex unitate ſermonis induci coniunctionem uerbalem, ut in legis noſtræ ſecundo exemplo, in d. §. ſi eadem res. Inſt. eod. & in d. L. unica §. eis, uerſ. & 154.
hoc, C. de cad. toll. † Senſus uerò Pomponij, I. C. ibi talis eſt, dum dicit non tam coniunxiſſe, quam celeriter dixiſſe. non enim negat I. C. teſtatorem uoluiſſe coniungere & inducere coniunctionem uerbis. iſta ſiquidem non eſt mens ipſius I. C. Nam, ut diximus, cum eadem ſit oratio ſequitur ut ſit uerbalis coniunctio, Sed quia in tali caſu non inducebatur mixta coniunctio, ſcilicet re & uerbis, quæ uerè & proprie dicebatur coniunctio, in potentiore ſignificatu, ut patet in d. L. unica, §. his, & glo. ibi in uerb.

Coniunctim, ut ſup. diximus. Propterea I. C. dice-
bat ibi, non tam coniunxiſſe &c. & hæc fuit ratio,
quare I.C. ibi talem rationem aſsignet: Quod au-
tem iſte ſit genuinus ſenſus Pomponij, apparet dum
I.C. ibi dubitabat, ubi apparet, quod ille, qui eſſet ex
coniunctis, debuiſſet præferri, prout ſolet continge-
re in lege noſtra. Nam copula Et, ſolet inducere
utramque coniunctionem, d. L. triplici. Sed contrariũ
reſpondet I.C. ibi dicendo, Non tam cõiunxiſſe etc.
Quia tali caſu ſimplex erat coniunctio uerbalis abſque
coniunctione reali, quia teſtator dixerat, ut patet ibi,
Caius & Meuius ex æquis partibus mihi hæredes
ſunto, quo caſu non erat mixta coniunctio, cum te-
ſtator partes aſsignaſſet, & propterea æqualitatẽ no-
luit ſeruare Pomponius, non tamen ut dixi, negabat
coniunctionem ſimpliciter uerbalem, alias aduerſa-
retur omnibus alijs iuribus. Confirmatur iſte intel-
lectus per Iabolenum I. C. in L. hæredes ſine parti-
bus, ſup. de hæred. inſtit. ubi I. C. inquit. Intereſſe in
prælatione ad portionẽ deficientis, an decedat quis
ex coniunctis uel ſeparatim, & intelligit coniun-
ctum utroque modo, ut diximus, & quod hoc debeat
intelligi, probatur in d. §. ſi eadem res, ubi Imp. de-
clarando, quid ſit coniunctim, ponit exemplum in
coniunctione mixta, uidelicet ſi teſtator dicat, Ti-
tio & Seio lego fundum ſimpliciter, non adiecta illa
nota, æquis partibus. Cuius contrarium fecit Pom-
ponius

ponius, ut refert teſtatorem dixiſſe in d. L. ſi quis ita, probatur etiam hic per Imp. in d. L. unica, ferè per totam, ubi Imperator ſæpe loquens de coniunctis, intellexit ſemper de cōiuncto re & uerbis, & ita omnia alia iura declarari debēt, & hoc modo enucleatur ratio aſsignata per I. C. quæ me certe hactenus torſit, licet nunc onere meo leuatus acquieſcam. Et ex iſto intellectu inferrem unum nouiter, quod licet DD. dicant Iureconſultos in L. noſtra alio modo accepiſſe coniunctos, † & alio modo Imperatores: 155.
tamen in ueritate eodem modo intellexerunt Impp. quo Iureconſulti, ſcilicet, ut coniuncti propriè ſint, qui utroq; modo ſint coniuncti, ut expreſſe apparet in d. §. ſi eadem res, ubi uti antea diximus, Imperator ponit exemplum in mixta coniunctione, & non in ſimplici uerbali. Propterea quartus intellectus ſecundum ſecundam ſolutionem Petri traditur ad illum tex. quod Titius ibi primo loco nominatus non erat re coniunctus: quia licet uideretur ei inſolidum hæreditas aſsignata, d. L. unica §. ſi uerò non omnes, C. de cad. tollen. tamen quia in duobus alijs hæredibus per copulam, Et coniunctis dictum erat, æquis partibus, illa clauſula cenſetur repetita ad præcedentem gradum, & ſic ad Titium primo loco nominatum, & hoc modo ſecundum ipſum, Titius non erit re coniunctus, nec erit etiam intro-

ducta coniunctio uerbalis, quia teſtator hoc uoluit, notando rationem, de qua ibi,& aſſerit iſtum ſecundum intellectum per ipſum magis applaudere uerbis tex. quam præcedentem intellectum,& quod in ſpecie allocutus ſit Præceptorem ſuum dominum Chriſtophorum à Caſtellione Medioloneñ. qui ab omnibus D D. appellatur princeps ſubtilitatū,& eū ſibi reſpondiſſe,quod iſte ſecundus intellectus eſt uerus, quod ipſemet eundem tradiderit in L. licet Imperator,ſup.eod.tit.lib.ij.licet ibi obiter hoc dicat.

Iſte quartus intellectus, & ſic ſecunda † ſolutio
156. Petri,peior eſt cæteris, & Iaſ. hic quoq; dicit. Nam impoſsibile eſt hoc conſiderare,ut ille Titius non ſit re coniunctus,quia cum ſit uerbis diſiunctus, ab alijs qui in eadem oratione uocati fuerunt, ſequeretur, quod uti diſiunctus nullo modo ſuccedere debuiſſet cum alijs cohæredibus, cum ibi uerè fuerint coniuncti uerbis duntaxat, licet non re: quia teſtator dixerat, æquis partibus, & hæc erat dubitatio, I.C. ut ibi apparet, dum dicit, quamuis ſyllaba, &, ut illi debuiſſent dici coniuncti,propter copulam &, quæ ſolet hoc inducere, d.L.triplici,& propterea ut eſſent præferendi coniuncti, ut in L. noſtra, uerſ. præfertur. Neq; illa clauſula,æquis partibus, poteſt cenſeri repetita,ut ipſe uult,ex quo eſt appoſita in diuerſa oratione.Nam ſi teſtator hoc uoluiſſet,dixiſſet, ſed non dixit,ergo dicere noluit,arg. L.unicæ,§.ſin autem ad

deficientis,

deficientis C. de cad. toll. Item ſi uerus eſſet intelle- ctus Beſutij, ſequeretur quod cum eſſent æquales in portionibus, propter illam notam, æquis partibus, quod deberent æqualiter ſuccedere, quod eſt contra illum text. dum dicit, quod æqualiter ſuccedere de- beant in portione deficientis, pro portionibus hære- ditarijs, & ſic oſtenditur non fuiſſe æquales in por- tionibus, & hoc modo in duplum debuiſſet ſuccede- re Titius, cum ei totus as attributus fuerit, ut Accur- ſius quoq; dicit ibi, in uerbo, Hæres eſto, ex quo ſe- quitur, illam notam, æquis partibus, non poſſe dici repetitam fuiſſe, & ex his apparet adhuc ille tex. omni no inuiolabilis, d. L. ſi quis ita, pro ſententia gl. Bar. cæterorumq; DD. Ideo Iaſ. hic quintum intellectum tradebat ad d. L. ſi ita quis, quod ibi Titius non erat re coniunctus Caio & Mæuio, quoad iuris accreſcen di effectum, ex quo ſunt inſtituti ſine partibus ultra dupondium. Nam totus as à teſtatore, ut dictum eſt, attributus erat Titio, & ad hoc adducit tex. ubi eſt ca- ſus, in L. item quod Sabinus, §. i. ſup. eod. tit. de hę- red. inſtitut. nam ideo ibi utriq; portio accreſcit, non iure accreſcendi, ſed uti diſiuncti ſuccedunt, ea ratio- ne, ne teſtator decedat ꝓ parte teſtatus & inteſtatus, contra L. ius noſtrum, cum alijs, de reg. iur. & iſte in- tellectus ſecundum ipſum, comprobatur ex ratione I.C. ibi, Non tam coniunxiſſe, &c. & dicit iſtum in- tellectum continere meram ueritatem. Qui intelle-

ctus primo aſpectu applaudere uidetur uerbis tex-
157. tamen in fine non eſt † uerus, ut ex pluribus con-
ſtat, Primo quidem, quia in caſu d. L. item quod Sa-
binus, ſcilicet illos non eſſe coniunctos, quantum ad
ius accreſcendi, hoc eſt contra ſententiam Pomponij
in d. L. ſi ita quis hæredes. Nam, ut ibi præſupponi-
tur, quæſtio erat, quomodo in iure accreſcendi de-
beat eſſe prælatio, & ibi I. C. dubitationem adduce-
bat, præferendum eſſe cõiunctum uerbis, ibi quam-
uis ſyllaba Et: ergo apparet I. C. præſupponere il-
los coniunctos eſſe, quoad ius accreſcendi. Item tex.
ibi non negat coniunctionem uerbalem, dum dicit.
Non tam coniunxiſſe &c. pro ut ſup. declarauimus
illam rationem I. C. probatur etiam ibi, dum tex. di-
cit. An alteri, uel omnibus cohæredibus accreſcat.
Ex quibus apparet dubitationem fuiſſe de iure accre-
ſcendi. Item non abſolutè eſt uerum, non debere
eſſe locum iuri accreſcendi in d. L. ſi ita quis, per tex.
in L. hæredes ſine partibus, ſup. eod. tit. de hæred. in-
ſtit. ubi etiam inter hæredes ſcriptos ſine partibus eſt
locus iuri accreſcendi. Neq; etiam obſtat quod Iaſ.
dicit, quod ex quo Titius ſimpliciter erat hæres inſti-
tutus, & ideo expletus erat as, ideò inſtituẽdo Caium
& Meuium teſtator tranſitum fecerat ad dupondiũ,
& propterea erant hæredes ſine partibus. Nam illud
uerum eſt, quotieſcunq; as expletus eſſet per diſtri-
butionem unciarum, aliàs ſecus, & ita loquitur tex.

in d.

in d. L. item quod Sabinus, §. i. uerſ. Si expleto. Ita quoq; loquitur tex. in d. L. triplici, circa finem, & hoc ſentit hic Riparius, & bene. Ex quibus omnibus apparet confundi iſtum intellectum Iaſonis. propterea ad alias reſponſiones confugiendum eſt: ſi quis ergo uoluerit defendere Hugolini ſententiam, ſic poſſet reſpondere, quod ibi nulla erat coniunctio efficax, quoad iuris effectus inter prædictas perſonas. Nam licet Caius & Meuius eſſent coniuncti uerbis tantum: tamen quia nõ erat coniunctio realis in tali caſu, I. C. præſumptionem facit, teſtatorem uoluiſſe coniungere, non tamen negat, coniunctionem non factam fuiſſe, quod illa uerba denotant, Non tam &c. erat ergo ibi caſus ſpecialis, prout expreſſe cõſtat ex uerbis tex. † Si quis ita, quæ uerba denotant formam quãdam & ſpecialitatẽ, ut DD. 158. dicunt in L. Gallus. in princip. de lib. & poſth. Nam ſi teſtator uoluiſſet inducere ueram coniunctionem, non dixiſſet, æquis partibus: Quum ergo teſtator ita fecerit, apparet uoluiſſe coniungere efficaciter, ut locus eſſet prælationi, & hoc modo tex. non aduerſatur ſententiæ Hugolini: & hæc ſufficiant, quantum ad iſtum difficillimum tex. d. L. ſi ita quis. Secundo loco principaliter pro hac ſententia adducitur tex. in L. Meuio, ſup. tit. i. quem tex. gloſ. hic adducebat in argumentum: quomodo

autem

autem tex.iſtẽ induceretur, DD. non declarant. Tu autem declara, ſententiam gloſſæ, quia ibi dictũ erat, Meuio fundi dimidiam, Seio fundi aliam dimidiam lego. Accur. ibi non ſubaudiebat interueniſſe coniunctionem uerbalem, quia ſubintelligebatur aliud uerbum, prout Accurſ. expreſſe hoc dicit in L. noſtra, in uerb. Separatim. Ad propoſitũ ergo, in d. L. Meuio, Meuius & Seius fuerunt in eadem oratione uocati, & ſic uerbis coniuncti, ſed re diſiuncti, quia uterq; uocatus fuerat ad dimidiam fundi, & ſic ad uirilem portionem. Titio uerò idẽ fundus integer relictus fuerat, & hoc modo erat cum prædictis re coniunctus, & tex. ibi dicit, Quod ſi Seius deceſſerit, portio utriq; accreſcit: Ergo apparet ibi eſſe caſum, quod re coniunctus, & uerbis coniunctus, æqualiter admittantur. Ad iſtum tex. tenendo cõtrarium reſponderi poteſt, prout DD. hic reſpondent, quod ibi ſe
159. cundum tertiam lecturam, quæ communiter approbatur, ut ibi per Bart. & Oldrad. Mæuius & Seius in eadem dimidia erant uocati, & ſic ad eandem rem. ergo erant re coniuncti. Meritò cum omnes eſſent re coniuncti, æqualiter portio illis accreſcit. & hoc modo text. ille non urgeret contra ſententiam Hugol. & iſtum tertium intellectũ ſequitur Iaſ. hic. Sed Tiſte intellectus nullo modo procedere poteſt, quia ſi Meuius & Titius eſſent re coniuncti, Meuius eſſet præferendus, cum in eadẽ oratione uocati erant:
quia

quia Meuius fuiſſet utroq; modo coniunctus, & per conſequens, præferendus, ut in L. noſtra, uerſ. præfertur. Propterea omiſsis omnibus alijs rationibus, reſponderi poteſt ad iſtum text. in d. L. Meuio, q̄d illa L. omnino loquitur inter diſiunctos. Nam Meuius & Seius nullo modo erant coniuncti re, quia partes erant aſsignatæ. Nam uni dimidia relicta erat, alteri alia, ergo nō in eadē dimidia: uerbis quoq; nō ſunt coniuncti, quia licet, quoad ſcripturam, fuerit unica oratio, tamen quoad iuris intellectum, & recti ſermonis proprietatem, quæ ſemper attenditur, L. Plautius, in fr. de auro & arg. leg. ſubauditur ibi uerbum, lego, in perſona Meuij. Videtur enim teſtator magis uſus quadam celeritate dicendi, arg. L. ſi ita quis hæredes, & ad hoc adduco Accur. qui ſemper hoc ſentit hic in uerbo, Separatim, cuius ſententiam nos quoq; tenemus. Titius quoq; erat diſiunctus uerbis, quia ſeparatim erat uocatus, re autem diſiunctus: nam licet totus eſſet relictus fundus, tamē nō inducebatur coniunctio, cum iam diſtributus eſſet fundus, intelligendo non de eadem dimidia, & illud quod dicit Bart. ſup. quod qui uocatur ad totum, dicitur re coniunctus, quia partes habet in toto, hoc procedit, quando partes ſunt aſsignatæ aliquibus, ſed non expletus as, ſecus fuit factum in d. L. Meuio: Et iſte intellectus, quoad primam partem, approbatur hic per Ripariū, ut Meuius & Seius ſint omnino

diſiuncti: & ego idem ſemper tenui, ut diximus in glo. in uerb. Separatim. Pro hac quoq; ſentẽtia Accurſij Bar. cæterorumq;, ſumma ratio æquitatis adduci poteſt, ut inter ipſos coniunctos ſic æqualis debeat eſſe diuiſio, & neuter ſit præferendus, ex quo omnes ſunt æquales, & unicum cõmodum habent. Nam priuilegium prælationis ſolum cõpetit utroq; modo coniuncto, & ſic habenti duo uincula: Tamen defendendo Hugolinum ab hac ratione, dici poteſt, primo quod in coniunctione uerbali conſiderari uidentur duo uincula, unum perfectum, aliud imperfectum. Nam in coniunctione uerbali eſt etiam aliqualis coniunctio realis, cum uerbalis coniunctio non poſsit ſeparari à reali coniunctione. Nam eſſent diuerſæ res: inter diuerſas uero res non eſt locus iuri accreſcendi, d. L. huiuſmodi. §. quibus, cum pluribus alijs, ut ſup. dictũ eſt poſt Bart. Secundo etiam reſponderi poteſt, quod licet ſit unicũ uinculum, & unica coniunctio, tamen potentius eſt. Videmus etiam interdum unum uinculum ſi potentius ſit, præferri duobus, ut uidemus Doctorem Theologiæ præferri Doctori utriuſq; Iuris, prout Ioh. And. Card. Panor. & alij tradũt in c. clerici, ext. de iudic. ſequuntur DD. in L. cum quid, ubi ego etiã aliàs dixi, Si cert. pet. & ratio eſt, quia ille unicus grad⁹ dignior & potẽtior eſt, Itẽ etiã facit, quia in ueritate, cũ unitas ſermonis inducit corpus, d. L. unica. §. his ita, uerſ. &

hoc

hoc tamen.C.de cad. toll. merito tale ius deberet ha≈
beri magis firmũ & ſolidũ. Et ex his omnib.apparet,
iſtum articulũ diſputabilem eſſe ad utramq; partẽ,&
DD.in iſto articulo ualde ancipites fuiſſe,& nõ abſq;
cauſa,quia iura abſcurè deciderũt ſuper hac quæſtio≈
ne,& unus alteri aduerſatur. † Vt aũt quid ego ſen≈
tiã in hac difficultate breuiter declarẽ,opinor,ſi æqui≈
tatẽ & Iureconſultorũ præſtantiſsimorũ mentem re≈
ſpiciamus,ueriorẽ uideri ſententiã gl. Bart. & aliorũ,
quã cõmunem eſſe arbitror, ut ſup. dixi : Si uero ra≈
tionẽ habemus tex. noſtri, uerior uidetur ſententia
Hugol.quæ hodie ab omnibus recentiorib. recepta
eſt,ut hic per Iaſ.Alciatũ,& omnes recentiores.Nam
Paulus I.C. noſter hic nullo modo uidetur ſentire
ſententiam glo. & aliorum,& præter ipſius ſenten≈
tiam hoc procedere ex uerbis ipſius I. C. apparet,
quum in uerſ.Si uero uerbis &c.omnino ponit no≈
uam quæſtionem, prius non deciſam, quod mani≈
feſtè probatur,dum tex. ibi dicit. Et magis quæſtio≈
nis eſt. Quod ſecus fuiſſet ſi controuerſia fuiſſet in≈
ter utroq; modo coniunctum,& uerbis tantum con
iunctum, quum I.C. in uerſ. præfertur, generaliter
& indiſtinctè deciderat, utroq; modo coniunctum
omnibus præferri, & I. C. utitur dictione, Omni≈
no, † quæ dictio ſui natura ſignificat in omnem 161.
euentum, & abſq; ulla difficultate,ut not. glo. Bart.
& alij in L. ſi cum exceptione, ſup. quatenus.

Quod met.cauſſa; ideo ſi I.C.in uerſ.præfertur,dicit abſq; ulla difficultate re & uerbis coniunctum cæteris præferendum eſſe,neceſſe non fuiſſet dubitare,& in dubium reuocare illud, quod erat iam deciſum abſq; ulla difficultate.Iſte ſenſus textui omnino aduerſatur,ibi,in illis uerbis. Et magis quæſtionis eſt. Item ſi uerum eſſet, non eſſe nouam quæſtionem, Paulus I. C. inter omnes I. C. præſtantiſsimus,non ſolum de inepto ſermone damnandus fuiſſet,& de uerborum ſuperfluitate, Verumetiam de inconſtantia & temeritate, ſi diceret caſum illum non habere difficultatem,ac deinde dicendo habere difficultatē, hoc modo ſe in continenti corrigeret, quod nullo modo eſt dicendum,L. nam ad ea, cum alijs, infr.de condit.& demonſtr.Item de contrarietate damnandus eſſet,quia iſta duo ſunt inter ſe contraria, habere difficultatem,& non habere, & duo contraria ſimul
162. † ſtare non poſſunt,L. i.& ibi Bald.C.de furt. L. ius noſtrum,de reg.iur.propterea debemus dicere Paulum I.C. decidere quæſtionem ſecundum Hugol. intellectum,& ad hoc quod hæc ſit mens I.C.ultimo loco nouiter pondero tex. noſtrum in fine, dum in Pandectis Florentinis dicat, Et magis eſt, ut & ipſe præferatur, quæ copula, Et,demonſtrat iſtum fuiſſe
163. ſenſum Pauli. Nam copula, † Et, auget diſpoſitionem, L. ea tamen adiectio, ſup. eod. tit. & ſic ſenſus eſt,ut non ſolū utroq; modo coniunctus præferatur

cæteris

cæteris, ucrumetiam uerbis tantum coniunctus, re coniuncto præferendus ſit, & hoc modo intelligendo, ſingulare prælationis priuilegium remaneret in perſona utroq; modo coniuncti: quia ipſe omnibus præfertur, uerbis tantum coniunctus re coniuncto, & hanc inductionem faciebat Sal. prout Iaſ. etiam hic refert. Sed iſta inductio ſecundum Codices communes tum temporis, non poterat procedere, quia in codicibus antiquis, prout etiam nunc, illa copula defuit, quæ ſi fuiſſet, glo. & alij non omiſsiſſent. Verum cum hodie in Pandectis Florentinis ſic legatur, ceſſat omnis difficultas, & propterea cum ſit caſus legis in L. noſtra, magis eſt tenenda ſententia Hugolini, quia contra caſum L. non eſt diſputandum, L. ancillæ, de furt. † Non omitto quoq; nonnullos, 164. ueluti Gribaldum, uelle tex. noſtrum legi debere negatiue, ut tex. ſic dicat. Et magis eſt, ut nec ipſe præferatur, quod ſi uerum hoc eſſet, ceſſaret omnis difficultas. Verum quia hoc non eſt credendum (nam propria temeritate hæc fingunt, neq; unq; ille tex. ſic lectus fuit, neq; in Pandectis Florentinis, quibus per omnia ſtandum eſt, ſic habetur) miſsi faciendi ſunt huiuſmodi. Vltimo ex hac quæſtione Bar. notandum eſt, Bartolum fateri procedere ſententiam Hugolini, ſi uerbis tantum coniunctus, uocatus eſſet ſub nomine collectiuo, declaro mentem Bar. Si teſtator reliquerat filijs fratris ſui fundum æqua portione,

tione,tunc iſti duntaxat eſſent uerbis coniuncti, ſi ad iſtum fundum eſſet uocatus tertius, & unus ex filijs fratris teſtatoris repudiaret portionem ſuam, & alij fratres præferrentur tertio coniuncto tantũ re, ut dicit Bart.per rationes ſup.adductas.Et ex hoc pendet, quod Bart.hic melius loquatur,quam in præcedentibus, dum dicebat coniunctionem uerbalem conſiderari, quãdo perſonæ uocabantur collectiue, quia, ut dictum fuit,ſi ſimpliciter uocantur perſonæ collectiue, nõ dicitũ ſimplex cõiunctio uerbalis,ſed mixta: propterea dicebat Bart.hic uerbis tantũ, quando dictum eſt per teſtatorem, Lego fundum filijs fratris mei æqua portione. Licet DD.hic pertranſeant, obſerua tamen, ſi tenemus ſententiam ipſius Bart. non procedere iſtam conſiderationem. Non enim propter unitatem corporis inducenda eſt prærogatiua,quia ſi hoc uerum eſſet,ſequeretur, quod uerbis coniunctus,debuiſſet preferri re coniuncto tantum, ex quo coniunctio uerbalis inducit corpus, ut in d. L.unica §. ſin autem,uerſ. hæc tam uarie C. de cad. toll.Et nunquam placuit mihi ratio Bart.

165. In tertia quæſtione Bar. dicit † regulam eſſe,ſubſtitutum præferri coniuncto,& Bar. non diſtinguit, ſed ſimpliciter excludit cõiunctos,& pro ſua ſententia plura iura adducit,præſertim tex.in L.ij.§.ſi duo, infr.de bonor.poſs.ſec. tab.in L.unica §.i.& ij. C.de cad.toll.auth.hoc amplius,C.de fideicom.

Iſta

Iſta regula pluribus rationibus cõprobatur. Prima eſt, quia ſubſtitutio uenit ex expreſſa teſtatoris uoluntate, ius uero accreſcēdi uenit ex diſpoſitione legis. Sed regula eſt, ut expreſsio hominis tollat diſpoſitionem legis, L. fin. C. de pac. conuent. cum aliјs ibi traditis per gloſ. in uerb. contentam.

Secunda ratio eſt, quia expreſſum facit ceſſare tacitum, L. cum ex filio, §. i. & ibi Bart. ſup. de uulg. & pupil. Sed ius accreſcendi eſt tacita ſubſtitutio, L. ſi mihi & Titio, §. Iulianus, ibi, Quaſi ſubſtitutus, ſup. de leg. ij. Ergo &c. Riparius reprobat has rationes, ponit etiam quod tacita ſubſtitutio operatur excluſionem iuris accreſcēdi, L. fin. in fine. in uerbo, Partem, C. de hæred. inſtit. Aliam rationē debilem tradebat ille, quam nõ repeto. Ratio communis ita declarari poſſet. Nam ius accreſcendi eſt remediũ ſubſidiarium à lege introductum, ne quis decedat pro parte inteſtatus, L. ius noſtrum, de reg. iur. Subſtitutio uero eſt remedium ordinarium: ſed regula eſt, quod remedium extraordinarium ceſſare debeat, quando remediũ ordinarium locum habere poteſt, L. in cauſa, de minor. L. cum ſine, in prin. infr. ad Carboni, L. i. ff. ad municip. cum ſimilib. Et hoc modo non eſt mirũ, ſi ſubſtitutio tacita excludit ius accreſcēdi, ut dictum eſt, Regulam eſſe, ut hic per Bart. quæ docet, quod ſubſtitutus præferatur coniuncto.

Iſta regula ampliatur etiã ita, † ut procedat in tacita 166.

L. fin.

167. L.fin.C.de hæredibus inſtit. † Secundo etiam ampliatur, ut procedat etſi ſubſtitutio ſit inualida ex cauſa præteritionis, L. penul. & ibi Bart. ſup. de in
168. iuſ.rup. † Tertio ampliari poteſt ita, ut ſubſtitutus præferatur omnibus uocatis à lege. L. final. C. de neceſs. ſer. hæred. inſt. & faciunt rationes ſup. adductæ.
169. Iſta regula recipit etiam exceptiones. † Prima eſt, quam ponit Bart. in L. ſi ex coniecturis, L. quid in te
170. ſtamento, ubi idem Bar. ſup. de uulg. & pup. † Secunda limitatio eſt, niſi inſtitutio facta eſſet pluribus copulatiue, uel coniunctim: tunc enim ille, qui adijſſet hæreditatē, præferretur, ita Bart. in L. fina. in prin
171. cip. ſup. de uulg. & pup. † Tertia exceptio eſt, quando teſtator inſtitutos adinuicem ſubſtituerat, tunc enim excluditur ſubſtitutus per ius accreſcendi, per
172. tex. in d. L. penul. ſup. de iniuſ. rup. &c. † Iuxta prædicta Bart. hic quærit, ſi ſubſtitutio non habuerit effectum, utputa ob repudiationem ſubſtituti, uel propter aliam cauſam, utpote mortis, an iſto quoq; caſu portio deficiens debeat reuerti ad coniunctum, uel ad eum à quo relictum factum eſt, uel ad uenientes ab inteſtato. Et iſta eſt principalis mens Bart. an ſcilicet teſtator impedire poſsit ius accreſcēdi, & hoc uel ex eo apparet, quia Bart. incidenter per multa argumenta quærit, an teſtator poſsit tollere ius accreſcendi. In hac quæſtione Bar. quædam in utramq; partem adducit, & aſſerit hanc quæſtionem eſſe dubiam,

biam & tandem diſtinguendo, hanc quæſtionem diuidit, ponens duos caſus principales. An ſubſtitutus ſit eadem perſona, an ſubſtitutus ſit diuerſa perſona à coniuncta. † Primo caſu uoluit coniunctum nõ excludi per ſubſtitionem iſtam inutiliter factam, adducit tex. in d. L. penult. et L. nec is §. hæres, ſup. de acquir. hæred. Secundo uero caſu ita ſubdiſtinguit. Aut enim ſubſtitutio deficit ex cauſa ad hoc deſtinata, ut res reducatur ad cauſam inteſtati, aut quocunq; alio caſu, & primo caſu dicit, portionem non ſpectare ad coniunctum, ſed ad uenientes ab inteſtato, d. L. penult. Secundo autem caſu uult, ut res reuertatur ad coniunctum, ut in d. L. quidã teſtamento, ſup. de uulg. & pupil. & in L. ij. §. ſi duo, infr. de bono. poſſeſ. ſecund. tab. & quidem cum hac diſtinctione Bart. tranſit hic Cuman. & DD. alij. Licet iſta diſtinctio Bart. ſatis probabilis uideatur, & habeat rationes diuerſitatis, ut hic per eum: † tamen uidetur mihi dicendum, quod indiſtincte in quolibet caſu, & in qualibet perſona, ſi ſubſtitutio efficiatur inutilis propter quamcunq; cauſam, ſemper admitti debeat coniunctus, nec excludatur à ſubſtituto. † Secundo, quia lex nullo modo diſtinguit, & uocauit primo ſubſtitutos ad bona caduca, deinde coniunctos, & poſt ipſos, bona debent reuerti ad uenientes ab inteſtato, ita dicit tex. in d. L. unica. §. i. & ij. C. de cad. toll. ubi Imper. dicit, ita demum bona caduca reuerti

Y debent

123. 124. 125.

debẽt ad ueniẽtes ab inteſtato, uel ad hæredes, ſi ſub-
ſtitutus, uel cõiunctus nõ antecedant: apparet ergo,
quod lex poſuit ordinem in bonis caducis, & Impe-
ra. ibi nullam facit differentiam, an ſubſtitutus & cõ-
iunctus eadẽ perſona ſit. Imò potius tex. facit perſo-
nas pro diuerſis, Ideo quum lex non diſtinguit, ſed
primo admittit ſubſtitutum, ſecundo coniunctum,
ergo ſi extinguitur ſubſtitutio, uocatur coniunctus,
176. & cõiunctus excludit uenientes ab inteſtato, † nec
nos diſtinguere debemus L. non diſtinguemus, de
177. arbitr, † quia lex generaliter loquens, eſt generali-
ter intelligenda L. i. §. generale, cum ſimil. infr. de
leg. præſtand.

178. Facit tertio quod dicebat Bar. hic, † non eſſe ue-
riſimile teſtatorem uelle excludere coniunctũ, ſi ſub-
ſtitutio nõ ſortiatur effectum, arg. L. ſi iure, ſup. eod.
179. facit ad hoc, quia lex ſemper coniecturam facit, † ut
in dubio teſtator uideatur feciſſe diſpoſitionẽ ſuam
conformem diſpoſitioni iuris, ut per Bart. & DD.
in L. hæredes mei, §. cum ita, infr. ad SC. Trebel. facit
180. quoq; quia DD. dubitabant, † an teſtator poſſit
tollere ius accreſcendi, & non abſolutè uolunt teſta-
torem poſſe, ſed in certis caſibus, licet Bar. hic ſingu-
lariter uelit, tamen in L. quoties, de hæred. inſtit. ab-
ſolute non tenet. Ergo in caſu iſto dubio, nõ debe-
mus interpretari mentem teſtatoris fuiſſe, uelle im-
pedire ius accreſcendi propter inutilem diſpoſitionẽ.

Accedit

Accedit etiam † regula uolens, ut caſus omiſſus 181.
maneat in diſpoſitione iuris communis, L. ij. §. ſi extraneus, de condict. ob cauſ. L. ſi cũ dotem, ſup. Sol. matri. L. commodiſsime, ſup. de lib. & poſth. Si ergo teſtator uoluit per ſubſtitutionẽ expreſſam impedire ius accreſcendi, ergo extra illum caſum diſpoſitio ipſius remanet in diſpoſitione iuris communis: lex enim uocat coniunctos poſt ſubſtitutos, d. §. in primo, & §. pro ſecundo. In uno tamẽ caſu dicerem, quod ſi ſubſtitutio fuiſſet nulla & inutilis, ut puta per repudiationem, & eadem perſona eſſet ſubſtituta & coniuncta, & conſtaret de mente † repudiantis, 182.
quod uellet omni iuri renunciare, tunc neq; ut ſubſtitutus, neq; ut coniunctus admitteretur, ut eſt tex. in ſimili in L. nec is, §. hæres, quem Bart. hic adducit, ſup. de acquir. hæred. Item ſi appareret expreſſe teſtatorem uoluiſſe, caſu quo ſubſtitutio eſſet nulla, uocare uenientes ab inteſtato, tunc quoq; excluderetur cõiunctus, & in hoc eſſet nulla difficultas, ſecus uero in terminis quæſtionis Bart. Cũ enim hoc expreſſe non appareat, cõiunctus omnino eſt admittendus.
† Quarto loco Bar. hic concludit, abſq; ulla difficul- 183.
tate coniunctum præferendum eſſe his, à quibus relictum factum eſt, d. L. unica, §. in primo & §. pro ſecundo, exceptis quibuſdam caſibus, quos colligere poteris ex infra dicendis, uidelicet quotieſcunq; ſumus in caſibus, in quibus locus non ſit iuri

 accreſcendi.

accreſcēdi.Nam tunc hi à quibus relictũ eſt uocantur ad portionem deficientem. Qui ſint iſti caſus, Bart. in proxima quæſtione principali ponit.

Circa hanc materiam Iuris accreſcendi ſciendum eſt, quod Bart.hic eam per tres quæſtiones principales abſoluit. Prima eſt,quando habeat locum ius accreſcendi.Secunda qualiter habeat locum.Tertia ſit, quando habeat locum ius accreſcendi ex legali coniunctione, ultimo an ius accreſcendi habeat locum in contractibus.

Circa primam quæſtionem,Bart.hic dicit quatuor caſus conſiderandos eſſe, ex cuius dictis colliguntur
184. plures concluſiones,ex quibus prima eſt, † Vt ſi ſit caſus in quo quis partem facit, licet non admittatur ad partem,ceſſare tamen debeat ius accreſcendi: declaratur hoc per tex. quem ipſe adducit in. L. huiuſmodi,§.ſi Titio, ſup. eod. lib.i. Secunda concluſio eſt, an relictum contineat cauſam reiterabilem uel
185. non. † Primo caſu nõ habebit locum,cuius rei exemplum ponit Bart.in cauſa alimentorum, quæ reiterabilis eſt, ut quæ ſæpiſsime præſtari poteſt,prout apparet in L.alimenta.§.Baſilice,infr.de ali. & cibar. leg.& tali caſu concludit Bart. non eſſe locum iuri accreſcendi,& adducit tex. in L. dominus, §. i. & ibi not.de uſufru. & hoc ſecundum unum intellectum, quem Bar. ibi ſequitur: Ad idem adducebat tex. in L. pen. §. i. ad L. falcid. licet ille tex. parum probet.

† Verum

† Verius tamen eſt, quod iſta concluſio non probe- 186.
tur per tex. in d. L. dominus, non enim propter cau-
ſam alimentorum, quia ſit reiterabilis, nõ habet locũ
ius accreſcendi, ſed propter aliam rationem, ut Bald.
ibi melius poſt glo. animaduertebat. † Nam hoc 187.
erat in illa L. ut non eſſet locus iuri accreſcendi, quia
teſtator tale relictum fecit taxatiue, propter cauſam
alimentorum, merito diſpoſitio teſtatoris taxatiua
non operatur ſecundum eius propriam naturam, per
tex. nota. in L. Lucius, §. quæ habeat, infr. ad Trebell.
& hoc expreſſe uoluit glo. ibi in uerbo Recurrit, dũ
ibi dicit. Et hoc uerius eſt, & ex hoc intellectu, qui ue-
rior eſt, ſequitur, † quod ubicunque teſtator expreſſè 188.
ſeu tacitè taxatiuè loquatur, non habeat locum ius
accreſcendi, & iſte eſt uerus & genuinus ſenſus il-
lius tex. idem uoluit Bald. in L. ſi arrogator, in ſe-
cunda quæſtione, de adoptio. idem tenet Iaſ. hic in
quinto caſu.

Tertius caſus eſt, ut ſi quis habuerit portionem iu-
re ſpeciali & ſingulari contra † ius commune, tum 189.
portio deficientis ei non accreſcat, ut eſt tex. ſing. in
L. mulieri & Titio, de cõditio. & demonſt. cuius de-
ciſionis triplicem rationem ponebat ibi Bald. prima
eſt, quia † materia diſpenſationis eſt odioſa, c. i. & ij. 190.
de fil. presbyt. in vi. ultra ipſum facit dictum Hoſtien.
in c. poſtulaſti. ex. de reſcript. ubi dicit, † quod in 191.
materia diſpenſationis, non fiat extenſio, etiã ſi eadẽ

uel maior ratio ineſſet, quod ſecus eſt ſecundum re-
gulas iuris. Nam ex identitate rationis fit extenſio,
& multo magis ubi eſt eadem ratio, L. illud, cũ uul-
192. garib. ad L. Aquil. † Secunda ratio eſt, quia in ſin-
gularibus relictis non eſt locus iuri accreſcendi, L.
quoties, §. ſi duo, de hæred. inſtit. Tertia ratio eſt, quia
cõditio aduerſatur relicto, unde perinde eſt, ac ſi re-
lictum factum nõ fuiſſet. Quarta ratio accedere po-
teſt, quæ magis probabilis eſt, nam, ut ſæpiſsimè di-
ctum eſt, ius accreſcẽdi prouenit ex legis diſpoſitio-
ne, ex tacito tamen teſtatoris iudicio, L. ſi mihi & Ti-
tio §. Iulianus, ſup. eod. lib. ij. Ergo mulier in dicto
caſu L. ſi mihi & Titio, non poteſt portionem illam
deficientem nanciſci, eo quia teſtatoris ſentẽtiæ ad-
uerſaretur, & ideo Bald. infert hic, prout refert Iaſ.
193. aliàs ſe habuiſſe in facto, † quod pater habens po-
teſtatem relinquendi filijs ſuis ſpurijs, ſi legaſſet filijs,
& unius portio deficeret propter aliquam cauſam,
quærebat Bald. an deberet accreſcere iſta portio alijs?
uult Bald. quod non, per d. L. mulieri & Titio; quia
filij ſpurij habeant legatum à patre iure ſpeciali; quo-
niam iure communi erant incapaces. Cõtrarium ta-
194. men decidit ibi Bald. ea ratione, † quia materia erat
fauorabilis, & ideo extendenda L. cum quidam, in fi-
ne, ſup. de lib. & poſth. c. odia cum uulg. de reg. iu. in
vi. Iaſ. hic dicit hoc dictum eſſe mente tenendum.
194. † Contrarium crederem eſſe uerius, ut non de-
beret

beret habere locum ius accreſcendi, per doctrinam Bart. hic, & in d.L. mulieri & Titio. Secundo, quia falſum eſt materiam, de qua agitur, fauorabilem eſſe, cum ſimus in materia diſpenſationis contra regulas iuris. Nam diſpenſatio eſt odioſa, c. i. & ij. de fil. presby. in vi. Et propterea nulla extenſio facienda eſt: probatur hoc per ſingulare dictum Hoſtien. in c. poſtulaſti, ex. de reſcript. ubi uoluit, qnod in cauſa diſpenſationis non facienda ſit extenſio, non ſolum ubi ſit eadem ratio, uerumetiam ſi maior militat, propter ſupradictam rationem, quod ſumus in odioſis, aliàs adducebamus dictum Maria, in conſ. 161. lib. 3: quod licet iure communi, qui habet poteſtatem teſtandi, habeat etiam codicillandi L. ij. & ibi DD. omnes, ſup. eod. lib. i. tamē in materia diſpenſationis non fit extenſio, & cōfirmantur prædicta per doctrinam Bart. & aliorum in L. ij. de uerb. oblig. de qua ſup. diximus in notabilibus. Quod ſi comes Palatinus haberet poteſtatem legitimandi ſpurios & inceſtuoſos, quod tamen non haberet licentiam legitimandi ſpurium & inceſtuoſum ſimul: nec enim habet locum regula illa, quod ſub ſimplicibus contineatur mixtum. Nam ſumus in diſpenſatione, & ſic in materia odioſa.

Redeundo igitur ad dictum Bar. quod cōmuniter recipitur, ut quādo quis capiat iure ſingulari portionem aliquā, nō debeat habere locum ius accreſcendi.

Iſtud

Iſtud dictum pendet ex intellectu, d. L. mulieri & Titio, infr. de conditio. & demonſt. Videndum ergo erit, an ille tex. probet illud dictum Bart. & plures ſunt, qui negant illum tex. ullo modo probare illud dictum, immo totum oppoſitum probari affirmant. Ita uolunt Caſtr. Cum. & latè Soz. in d. L. mulieri &
196. Titio † Iaſ. hic ſequitur, & mouentur, dum tex. ibi dicit, quod mulier habebit partem, quamdiu Titius uiuit, & in eo ſtatu erit. Ergo, à contrario ſenſu ſecundum ipſos, mortuo Titio mulier non ſolum habebit partem, ſed etiam totum, & ita not. illa uerba in tex. ibi, dum dicit, Quam diu: quæ uerba ſignificant prædictum ſenſum, L. i. de uentr. inſpicie. & quod iſte ſenſus ſit neceſſarius, alio modo oſtendũt. Nam aliàs prædicta uerba nihil operarentur, & ſuperflua eſſent, quod nullo modo eſt dicendum, per regulam uulgarem, quod uerba ſemper debeant aliquid operari, L. ſi quando, ſup. eod. lib. i. c. ſi papa, de priuile-
197. gijs, in vi. & ualidum eſt argumentũ † in correctorijs quoque à contrario ſenſu, ne uerba ſint ſuperflua, L. nulla niſi, iuncta auth. Diaconiſſam, C. de Epiſco. Mouentur quoque dum tex. ibi dicit. Tantum enim beneficio legis conceſſum eſt mulieri, quantum haberet ſi conditioni paruiſſet, ergo Titio mortuo, uel capite diminuto, mulier habebit totum uſumfructũ, & ſic partem Titij per ius accreſcendi, & iſtum intellectum recentiores ferè omnes hic ſequuntur. Sed

rectius

rectius conſiderando illum tex. probatur optime dictum Bart. poſt glo. ibi. & idem uult Bald. & ita communiter tenetur illum tex.probare iſtud ſingulare dictum Bart. Nam tex. in fine declarat praecedentia uerba, licet obſcura, ut procedat dictum Bart. cum in fine dicit, quod ſi Titius, qui conditione defectus eſt, repudiat portionem, mulieri non proderit, & duntaxat habebit portionem beneficio legis, & cum tex. in fine clarus ſit, nõ debet fieri aliquo pacto argumentum à contrario ſenſu per praecedentia.
Nam hoc modo dicendo I. C. ſemetipſum † corrigeret, quod nullo modo eſt dicendum. L. nam ad ea, infr. de conditi. & demonſt. & quum ſenſus iſte clarus ſit, debet praeferri omnibus alijs indicijs & argumentis, ut eſt glo. notab. in L. apud antiquos, C. de furt. D D. in L. i. de offic. eius cui man. eſt iuriſd. † 199.
Succedit quoque regula quae uult, ut in claris nõ opus ſit coniecturis, L. continuus, §. cum ita, de uerb. oblig. facit tex. in L. ille aut ille, §. cum in uerb. eod. tit. noſtro, & ita tenendo non obſtant adducta, quod illa uerba, Quamdiu &c. nihil operarentur, quia reſponderi poteſt, quod ſatis operentur illa uerba in ſenſu directo, ut mulier retineat partem, quam habet ex beneficio legis, donec Titius uixerat, ut poſt ipſius mortem non debeat acquirere ipſius portionem, & ſic totum: quia ſi paruiſſet conditioni, etiam de iure communi non totum legatum conſecuta fuiſſet, ſed

198. (margin, beside "Nam hoc modo dicendo")

Z medietatem

200. medietatem ; & ut declaretur ille tex. † adde quod Pomponius ibi uoluit: illius enim caſus difficultas erat, quia cõditio, Si non nupſerit, relicta erat in perſona utriuſq;. Vnde dicendum, quod Titius non deberet habere partem aliquam, quia in perſona ipſius ceſſabat cauſa & ratio, quæ militabat tantum in perſona mulieris, cui lex fauebat contra teſtatoris uoluntatem, ad tollendam uiduitatem, quæ ſic cauſabatur, ut toto titulo, C. de indict. uiduit. toll.
201. † Nam Reipublicæ intereſt ciuitates hominibus repleri, L. hoc modo, infr. eod. tit. de condit. & demonſt. et L. i. ſup. Sol. matri. & L. ij. & iij. de iur. doti. & propter hãc rationem mulier totum debuiſſet habere. Contrarium ibi decidit Pomponius, ut Titius debeat habere partem donec uixerit, & non mutauerit ſtatum, per capitis diminutionem, uel aliam cauſam, propter quam amitti ſoleat uſusfructus, §. finitur. Inſt. de uſuſfruct. & hoc eſt quod tex. ibi dicit. In eodem ſtatu &c. & Iureconſultus ibi hoc idem uoluit. Si Titius repudiaſſet hæreditariam portionem ſuam, prout in fine dicitur, & I.C. omnem caſum, & omnem euentum appoſuit, ut mulier excluderetur à portione, quæ uacaſſet quocunq; modo ex perſona Titij, & ratio deciſionis eſt, quia mulier contrauenit teſtatoris uoluntati nubendo, & ideo licet lex ſit fauorabilis ad retinendam ſuam portionem quam ſecundum iuris
202. regulas non debuiſſet retinere † cum teſtatoris uoluntas prædominetur, L. in conditionibus, infr.

de conditio.& demonſt.L. cum uirum, C. de fidei=com. L.iij. C.de lib.præter. tex. uulgaris eſt in §. di=ſponit.in auth. de Nupt. & hoc modo intelligendo Pomponium ibi (prout omnino intelligendus eſt) ſequitur ueram eſſe deciſionem Bart. per illum tex. nec enim ut dictum eſt, intelligi debet argumentũ à contrario ſenſu, cũ hoc eſſet cõtra Papiniani ſenten=tiam, & cõtra uerba tex. nec etiam ut dictũ eſt, uerba ſunt ſuperflua, imo ſatis operantur ad tollendã ratio=nem dubitandi, dum tex. ibi dicebat. Quamdiu &c.

Retenta doctrina Bart. quæ communiter recipi=tur, Bar. hic declarabat tex. in d.L. mulieri, procedere, † quando accepit portionem aliquam iure ſpeciali, 203.
& tunc non admittatur ad portionem deficientis, ut hoc procedat, quando aliquis acciperet contra teſta=toris uoluntatem: ſecus uero ſi accepiſſet ſecundum teſtatoris uoluntatem: exemplum ponit. Vt ſi quis acciperet, per bonorum poſſeſsionem contra tabu=las, tex. eſt in L.i. & per totum titulum, infr. de leg. præſtand. Nam licet accepiſſet iure ſpeciali per reme=diũ prætoris, tamẽ accipiebat ex iudicio teſtatoris, ut apparet in L.i. infr. de leg. præſtand. Nam iſto caſu ha=bebit locum ius accreſcẽdi. Ad hoc adducebat tex. in L.3.§. ſed ſi, infr. de leg. præſt. & in L. filiũ, §. ſi legata, eod. tit. Secus uero dicebat ſi aliter fieret, & adduce=bat tex. in d.L. filiũ, §. fin. de leg. præſt. Nã ibi petiẽ ab eo, qui uenit iure ſpeciali ſecũdũ teſtatoris uoluntatẽ

prout Dyn.uoluit,licet glo.contrarium uideatur tenere,& hoc probatur ex d.L.i.in princip.infr.de leg. præſtand.Et licet Bart. non reddat rationem diffe-
204. rentiæ, † quare ius accreſcēdi locum habeat in perſona illus,qui uenit iure ſpeciali,ſecundum tamē uoluntatem teſtatoris, ſecus in eo qui uenit contra teſtatoris uoluntatē: ratio tamen in promptu eſſe poteſt.Nam,ut ſæpe dictum eſt, ius accreſcendi prouenit ex diſpoſitione legis, ex tacito tamen teſtatoris iudicio,d.L. ſi mihi & Titio §. Iulianus, merito lex ſtatuit,ut non competere debeat ius accreſcendi in fauorem illius,qui ueniebat iure ſingulari contra teſtatoris uoluntatem. Ratiò rationis erat, ut eo mi-
205. nus offendatur teſtatoris uoluntas, † cum lex ſemper fauorabilis fuerit teſtatorum uoluntati, L.i.C.de ſacroſ. eccleſ. L. ex facto,in princip. ſup. de uulg. & pup.cum ſimilib.

Ex tex.d.L.mulieri & Titio,multa DD,inferunt: & primo Bald.in repetiti.L.i.C.de ſacroſ. eccle.col.
206. 7. in facti contingentia, † ut filiusfamilias, cum patris uoluntate fecerat teſtamentum ad pias cauſas, & pro parte uocauerat extraneos, an portio facta ad pias cauſas deficiens,debeat accreſcere portioni factę ad non pios uſus.Et pro ratione dubitandi, ſecundū ipſum, uidetur dicendum, quod non habeat locum ius accreſcendi,quia portio facta ad pias cauſas ualet iure ſpeciali, & licet Bald. non declaret, declaratur

tamen

tamē hoc modo, ut ſimus ibi in caſu ſpeciali. † Nam 207.
filiusfamilias non poteſt teſtari regulariter, etiam ac-
cedente conſenſu patris, L. qui in poteſtate, ſup. de
teſtam. cuius dicti plures rationes à DD. tradun-
tur: Vnam quidem ponere uidetur I. C. in L. teſta-
menti factio, ſup. de teſtam. † & ideo pater nõ po- 208.
teſt derogare iuri publico, L. ius publicum, de pact.
L. cũ quis decedens, ſup. de adminiſtr. tutor. L. in ra-
tione, §. quod uulgo. infr. ad L. falcid. uel ſecundum
alios, † ne teſtatoris uoluntas pēdeat ex alieno ar- 209.
bitrio L. illa inſtitutio, L. captatorias, L. illæ inſtitu-
tiones, ſup. de hæred. inſtitu. ideo probatur quod ſi-
mus in caſu ſpeciali. Et propterea, ſecundum d. L.
Mulieri, ius accreſcendi non debuiſſet habere locũ.
Contrarium tamen decidit ibi Bald. & recte, nimirũ
quod debeat habere locum, prout idem uoluit in L.
hac conſultiſsima, §. ex imperfecto C. de teſtam. L.
fin. C. famil. hercisc. & ita tenēdo Bald. reſpondebat
ad d. L. mulieri & Titio, quod diſpoſitio de qua ibi,
fuerit contra teſtatoris uoluntatem: Secus uerò in
caſu prædicto, de hac quæſtione uide quæ dixi anno
ſuperiori, in d. L. i. in compendio priuilegiorum pia-
rum cauſarum, C. de eccle. ſacroſan. Et pro hac deci-
ſione Bald. facit illud, quod uult Bar. hic, quod tex. in
d. L. Mulieri & Titio, † non habeat locum in hæ- 210.
reditatibus, quia tunc in fortioribus terminis non
curatur, an quis accipiat iure ſpeciali, cõtra teſtatoris

 uoluntatem

uoluntatem, uel ſecundum uoluntatem. Inferebat quoq; Bart. hic ex prædictis, quod ſi minor uel quilibet alter reſtitueretur ad legatum per remedium reſtitutionis in integrum, quod licet ueniret iure ſpeciali, ut in L. i. §. i. de collatio. bonor. tamen cõpetere debuiſſet ius accreſcendi. Iſtud dictum Bart. declaratione aliqua indiget.
211. † Nam minor ſeu alter qui reſtituitur per clauſulam illam generalem, reſtituti fuiſſent ad repetendam portionem legati, quam ipſi repudiaſſent, tunc uenirẽt iure ſpeciali, ex quo propter repudiationem excluſi erant, & Bart. hic aſsignabat rationem: nam portio accreſcit portioni, etiam ſi ſit penes extraneum, præter defuncti uoluntatem, multo magis, quando eſt apud alium ſecundum teſtatoris uoluntatem. Et iſtud dictum Bart. melius probatur per dictum Bart. quod ipſe adducit, in d. L. i. de collat. bonor. ubi dicit, ſi minor reſtituatur ad petendum id quod amiſiſſet per bonorũ poſſeſsionẽ contra tabulas, quod etiam conſequeretur collationis commodum, & per cõſequens, ius accreſcendi, cum iſta duo æquiparentur.

212. Idem Bart. hic ex prædictis, inferebat ad † ſtatuta Italiæ, quib. cauetur, quod exiſtentib. maſculis, fæminæ nõ ſuccedãt, uel admittantur. Vt ſi quis deceſsiſſet duob. filijs maſculis relictis, & pluribus filiabus, et unus filius maſculus repudiaſſet portionẽ, uel aliquo modo priuatus eſſet, an portio accreſcerent fratri ſuperſtiti

ſuperſtiti uel ſororibus.Bart.refert quendam docto- rem hanc quæſtionem diſputaſſe : credo fuiſſe Dyn. uel Rayne. † cum ipſimet teneant portionẽ accre- ſcere ſororibus,& non fratri:mouentur aũt ratiõe, quia filij maſculi in totum ſuccedebant, & hoc iure ſpeciali. Nam ſecundum ius commune, hæreditas debuiſſet diuidi æqualiter L.maximum uitium C.de lib.præter.& ideo locum habebat tex.in d.L.mulieri & Titio. Contrarium decidit Bart. ut maſculus de- beat excludere ſorores in hoc iure ſuccedendi, pro- pter duas rationes: quia portio accreſcit portioni, & licet non adducat tex. eſt caſus in L. interdũ, de uſu- fruct. accreſ. Sed ſorores nullam habebant portio- nem,quia erant excluſæ.Secunda quia ſumus in hæ- reditatibus, quo caſu, ut dictum eſt, d. L. Mulieri & Titio,non habet locum : & hæc Bart. ſententia cre- brior eſt,prout apparet, per Caſt. in d. L. mulieri & Titio,& per eundem in L.unica.4. quæſt.C.quand. non peten. par. &c. & Iaſ. hic ſequitur,licet ratio- nes Bart.non recipiat. † Tertia ratio melior prædi- ctis forſan adduci poteſt, pro hac deciſione Bart. Nam in caſu iſtius ſtatuti,maſculi ſuccedunt ab in- teſtato, & ita intelligitur illud ſtatutum : cum ergo ueniant ab inteſtato, uocantur ex iudicio teſtato- ris ſeu decedentis, L. conficiuntur, in princip. ſup. de iur. codicill.quo caſu, ut Bart.& DD. omnes hic dicunt,tex. in d.L.mulieri,& Titio,nõ habet locum.

213.

214.

Supra

Supra ſcriptum intellectum in d.L. mulieri & Titio, Bart.limitabat procedere in legato, ut tunc differentia ſit, an quis habeat ſecundum teſtatoris uoluntatem, uel contra teſtatoris uoluntatem: In hæreditatibus uero non erat facienda aliqua differẽtia. Nam ſemper erit locus iuri accreſcendi, ſiue quis habeat ſecundum teſtatoris uoluntatem, uel contra, & ad hoc adducebat tex. in L. ſi duobus, in princip. infr. de bon.poſs.contr. tab. L.i.§. ſi quis infr. de coniung. cum emancip.lib. Rationem differentiæ inter lega-
215. ta & hæreditates adducebat, † quia in hæreditatibus militat ratio, ne quis decedat pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus, quæ ratio ceſſat in legatis: licet iſtud dictum Bart. communiter recipiatur, tamen non placet mihi ratio differentiæ: nam etiam in legatis habet locum ius accreſcendi, ut patet per totam L. unicam C. de cad. toll. eo quia militat ratio, ne res diuerſo iure cenſeatur, quæ ratio magis finalis eſt,
216. quã prædicta Bart. Alia ratio adduci poſſet. † Nam in legatis eſt merum commodum legatarij, quia legatum eſt donatio quædam, iuxta definitionem per Imp. traditam, Inſt. de leg. & ideo nullum habet incommodum legatarius, quũ non teneatur ad onera, propterea iuſtum eſt, ut ſi accipiat iure ſingulari, non debeat accipere contra teſtatoris uoluntatem: ſecus uerò in hæreditate, in qua conſiderantur onera actiuè & paſsiuè, & propterea non eſt facienda talis differentia.

Quartus

Quartus caſus ſecundum Bart. hic neceſſarius eſt, an ſcilicet portio deficiens accreſcat nec ne, ut differentia ſit an ante acquiſitionē factam uel poſt. Nam poſt † acquiſitionem factam regula ſit, ut ius accreſcendi ceſſare debeat, per L. aquam §. fin. quem. ſeruit. amitt. & in L. i. §. penult. de uſufru. accreſ. à qua regula, ut Bart. hic dicit, plures caſus excipiuntur. 217.
Quorum primus eſt † in uſufructu, ut patet in d. L. i. §. penult. de uſufru. accreſ. Quæ autem ſit ratio differentiæ, licet Bar. non dicat, I.C. ipſemet ponit in d. L. i. §. pen. ut ibi per tex. 218.

† Circa ſecundam exceptionem de libertorum aſsignatione, caſus eſt clarus in L. utrum, de aſsig. libert. ubi libertorū ius patronatus tranſit etiam poſt acquiſitam portionem: ratio eſſe poteſt, quia cum ius patronatus ſit ius indiuiduum, neq; adhæreat portioni, merito non curatur an ante uel poſt acquiſitionem deficiat. 219.

† Tertia datur exceptio per Bar. hic de donatione 220.
Imperiali, L. unica. C. ſi Imp. libera. ſoc. lib. 10. † 221.
Nam beneficia principū ſunt latiſsimè interpretanda, L. fina. cum ſimilibus, de conſtit. princip. & uidemus plura ſpecialia eſſe in donatione Cæſaris. † Nā 222.
donatio excedens ſummam. 500. aureorum abſq; inſinuatione non ualet, L. penul. §. fin. C. de donatio. & tamen facta à ſummo principe ualet & tenet. L. ſancimus, §. fina. C. eod. titul. de donati. & plura

ſpecialia referri poſſent, in liberalitate principis: pec
223. tex. in d.L.unica, Bald. inferebat † ſi in eadem inueſtitura cōcederetur feudum uel emphiteuſis duobus coniunctim, quod locū haberet ius accreſcēdi, & ideo ſi fratres duo eſſent facti Marchiones, Duces & Comites, eo quia feudū eſſet imperiale, ut probatur in d.L.unica, eſſet locus iuri accreſcendi. Et idem inferebat in regis conceſsione, ubi idem Bald. dicit in c.i.de fratr.de no. bene.inueſt. & ibi hoc ſequebantur Aluarot. Card. & alij, & ideo dicebat Bald. quod
224. † ſi eſſemus in conceſsionibus factis ab inferioribus principibus, quod tunc nō haberet locum ius accreſcendi. Ita Bald. in L.ſi quæ mulier, C. ad Tertull. & c.i.de duob. frat. à capita. inueſt. & fundamentum Bald. erat, quod d. L. unica, loquatur tantum in Cæſaris liberalitate, ideo ſpeciale eſt in illo caſu. Item
225. facit, quia regula eſt, ut Bart. hic dicit, † quod poſt acquiſitionem factā ceſſet ius accreſcendi, d. L. aquā, cum ſimilibus. Item etiam accedit, quod in contractibus non habet locum ius accreſcendi, L. ſi mihi & Titio, de uerb. oblig. ubi Bart. & D D. ſicut Bar. hic in vi. quæſtione principali, & hanc diſtinctionē ſecutus eſt Alex. conſulendo, ut patet in conſ. 30. lib.i. Quoniā omne datum &c. & alijs in locis, in quibus
226. locis mouetur, quod † in feudis, quando nō reperitur aliquid deciſum ſpecialiter, cōtra ius cōmune, tūc ſtamus iuri cōmuni, c.i.de gradib. ſucceſs. et ibi gl. expreſſe

preſſe not. ad idem eſt tex. in c. i. de feud. cog. Sed in feudorum uſibus non reperitur cautum, uel contrarium deciſum, quod ſcilicet non habeat locum ius accreſcendi in cōceſsione à principe facta, ideò ſtandum eſt d. L. unicæ. Iaſon hic dicit, quod iſte articulus eſt lucratiuus & quotidianus. Ideoq; admonet nos, ut diligenter expendamus iſtum articulũ. Contrariam uerò ſententiam, ut indiſtinctè in feudo con
ceſſo † ſiue ab imperatore, ſiue ab alijs principibus, 227.
locus nō ſit iuri accreſcendi, originaliter uoluit Cyn. in d. L. unica. C. quan. non poten. partes &c. Sed
† quod portio deficiens reuertatur ad dominum di= 228.
rectum, & dicit de hoc eſſe caſum L. in c. i. de fra. de no. benef. inueſt. Iaſ. hic diſputans iſtum articulum, dicebat poſſe reſponderi ad iſtum tex. quod ille tex.
† loquatur & procedat, quando feudum conceſſum 229.
eſſet ab inferiorib. principibus; Secus uerò ſi à ſummo principe conceſſum fuiſſet, & quod iſta iura ſimul ſint re cōcilianda per tex. in d. L. unica. Nam re=
gula iuris eſt, † Iura iuribus concordanda eſſe, L. 230.
unica. C. de inoff. doti. c. cũ expediat, cũ ſimilib. de electi. in vi. Contrariũ quoq; dicebat Sal. in d. L unica,
in ij. quęſt. † Quia in feudis ſeruāda ſunt iura feudo= 231.
rũ, & ſic ꝑcedat tex. in d. c. i. de duob. frat. & aliud eſſe
in feudis, & ſic in ſeruitijs, † quā in donatione mera, 232.
prout loquit̃ tex. in d. L. unica. C. Si imper. liber. lib. x. Ad iſtud quoq; dictũ Iaſ. hic dicit reſponderi poſſe,

233. † Vt feudũ inſpecta principali intentione, poſsit ap= pellari gratia, iuxta Bald. in prælud. feudor. facit etiam
234. quod dicitur in definitione feudi, † quod feudum ſit beneficium, & ſic in feudis magis conſiderari gra= tiam, quam ſeruitiorum uicíſsitudinem. c. i. in fine. de feud. dat. in uic. le. commiſ. iuncta L. Titius puerũ, infr. de obſeq. libert. Et hanc ſententiam fere omnes feudiſtæ ſequuntur, ut apparet per And. de Iſer. in c. i. de benefic. frat. & ratione mouetur, quia tex. in d. L. unica. C. ſi Imperi libera. ſoc. debet cuſtodiri & ſer= uari de iure Romano & communi, & non in ſpecia= li materia feudorum, per tex. in d. c. i. de duo. frat. de no. bene. inueſ. ubi generaliter & indiſtinctè diſpo=
235. nitur, ut in feudis à principe cõceſsis, † non habeat locum ius accreſcendi, niſi expreſſè cautum fuerit in forma inueſtituræ, & ille tex. loquitur generaliter & indiſtinctè, ſiue feudum conceſſum fuerit à ſupremo principe, ſiue ab inferiori, & ideo indiſtinctè eſt in= telligendus tex. ille. Iaſ. hic dicebat, quod ille tex. de= beat intelligi & declarari ſecundum d. L. unicam, ſed hoc non uidetur uerum, quia ut infra dicam, diſpoſi= tio d. L. unicæ, loquitur in diuerſis terminis, uti in donatione mera, & nõ in materia feudorum, & iſta eſt uerior, cum ſit caſus legis in d. c. i. de duo. frat. de no. beneſ. inueſ. & ubi eſt caſus legis, ibi ceſſare de= bet omnis diſputatio. Vnum tamen nõ omitto, ſcili=
236. cet ualde errare docto. qui notant, † indiſtinctè ius accreſcendi

accreſcēdi ualere in feudis. Qui ad hoc etiā extendūt d.L. unicā, quod mihi nō placet, cū d.L. loquatur in mera liberalitate Cæſaris, feudum uerò non procedit ex mera liberalitate, ſed gratia remunerationis, quæ non eſt propria donatio, cū ea ſit propriè donatio, quæ ita fit, ut ſtatim accipētis fiat, nec ullo caſu ad ſe redeat, nec ob aliam rationē faciat, niſi ut liberalitatem ac munificentiam exerceat, iux. L. primā, in princ. de don. & diſpoſitio legis loquens de donatione, † non habet locum in donatione remuneratoria, quæ differt à ſimplici donatione, ut Bart. & 237.
D D. dicunt in L. i. in fine, de donat. & optima glo. eſt, quæ ab omnibus recipitur, in L. Aquilius Regulus, per illum tex. de donatio. prout ibi latiſsime dixi, tamen cōmuniter à D D. recipitur, † ut indiſtinctè ius accreſcendi locum habeat in feudis, & ita Alex. 238.
dicit in d.L. ſi mihi & Titio, de uerb. obli. ubi dicit ſe ſuperiori anno conſuluiſſe, ut apparet in conſ. 30. Quoniam eſt omne datū, col. 3. lib. i. Idem dicit Iacob. de Sanc. Georg. in L. unica §. i. C. de cad. toll. Curt. latè defendit hanc ſententiam communem in 239.
conſ. 49. uerſ. Nemo, prope finem † ubi extendit d.L. unicam loquentem in principe, locum habere in quolibet alio principe, qui imperiū habet in ſuo dominio, & in ſpecie ibi infert ad ducem Mediolanenſem. † Vlterius etiā extendit ad liberas ciuitates nō 240.
cognoſcentes ſuperiorem, & exemplum ponebat in

240. Rep. † Venetorũ eſt Florentinorũ. Iaſ. hoc idẽ dicit in d.L.ſi mihi & Titio, qui licet diſputando teneat contrarium, tamen aſſerit à cõmuni ſentẽtia in iudicando non eſſe recedendum. Hanc etiam eſſe commune ſententiam copioſè tradit hic. Crot. in ſuis cõmentarijs. Soz. in conſ. 66. lib. i. ubi loquebatur de
241. Marchione Mantuano tunc temporis, † nunc uerò Duce creato à Carolo quinto. Licet de dicto Soz.
242. dubitarem, † ex quo agnoſcit ſuperiorem & diſpoſitio d. L. unicæ, locum habet in ſuperiori principe, ideò non extendenda, arg. L. quod uerò, ſupra de legib. hanc ſententiã latiſsimè tenet Præceptor meus Soz. Iunior in conſ. 73. nu. 23. lib. i. Ego dubitarem de principibus recognoſcentibus ſuperiorem, cum d.L.i.C. Si libera. Imperi. loquatur de Cæſare. & hoc
243. ſit præcipuum in perſona Cæſaris, † ideo diſpoſitio uel deciſio exorbitans à regulis iuris non eſt extendenda ad alios principes inferiores, L. quod uerò, cum ſimilibus, de legib. & ex omnibus ſup. dictis, liquet, DD. differentiã facere, in prædictis locis inter feuda cõceſſa à ſuperiorib. uel inferiorib. principibus. Nam ſi à ſupremo principe cõceſſum ſit feudũ, DD. cõmuniter uolunt, ut ius accreſcendi locũ habeat, & ita extendunt d. L. i. Infertur ergo ad quæſtionem
244. utiliſsimam, & quotidianã circa principes ueſtros, † qui recognoſcunt ſuperiorẽ, nempe Cæſarẽ. cũ omne ius habeãt à Cæſare & Imperio (quod hinc patet quod

quod electo nouo Imperatore oẽs principes petere debeant confirmationẽ feudi conceſsi, & quod ſi nõ peterent, caderẽt ab omni iure ſuo.) An ergo locus ſit iuri accreſcendi, in conceſsionibus factis per eos: Zaſius uidetur tacitè ſentire, quod non ſit locus iuri accreſcendi in feudo nouo, & tenet ſententiam feudiſtarum, prout apparet per ipſum in ſuo feudorum compendio, in 8. parte, de feudi ſucceſsione, nu. 3. dum ibi nullam differentiam facit, inter inferiores, & ſuperiores principes. Immo ſentit unũ, nempe quod etiam ſi feudum conceſſum eſt à Cæſare, non tamen eſſet locus iuri accreſcendi, & tex. in L.i. habere locũ in ſimplici liberalitate Cæſaris. Circa hanc qnæſtionem pro principibus ueſtris, optime facit dictũ. Soz. in dicto conſ. 66. Viſa donatione, cũ ibi tenet d. L.i. locũ habere in Marchione tũc temporis Mantuano, qui tamen recognoſcit ſuperiorẽ, uidelicet Cæſarẽ. † Ego aũt crederẽ, q̃d nullo modo ſit locus iuri accreſcendi, in cõceſsionib. factis à principib. ueſtris in feudo nouo. In feudo namq; paterno uel antiquo nulla cadit diſputatio de iure accreſcendi, ex quo oẽs agnati uocati ſunt, ſed cõſideratur magis ſucceſſoriũ edictũ, q̃d locũ habet inter oẽs cognatos. Nã optime facit dictum Curtij ſenioris in d. cõſ. 49. ubi ipſemet uoluit in cõceſsione facta per ducẽ Mediolanẽſem, locũ eſſe iuri accreſcẽdi, quia in inueſtitura ipſius expreſſè dictũ erat, et pro maxima prærogatiua cõceſſum 245.

fuerat,

ſuerat, ut haberet omnia iura Imperij in ſuo ducatu ſicut Cæſar habet per totum orbem terrarum. Ergo apparet principes inferiores non habere hanc præ=rogatiuam, ut in conceſsionibus eorum ſit locus iu=ri accreſceudi, & propterea locum habeat tex. in d. c. i. de duob. fratr. de no. bene. inueſ. licet ille tex. à non=nullis intelligatur habere locũ in inferioribus princi=pibus, quod mihi, ut ſup. dictum eſt, non placet, cum tex. generaliter & indiſtinctè loquatur, & ita ſit in=diſtinctè intelligendus, L. non diſtinguemus, de ar=bit. L. de precio, cũ ſimilibus, de publicia, & propte=rea in hac quæſtione recurrendum eſſet ad inueſtitu=ras ueſtrorum principum, licet Zaſ. in conſ. i. lib. ij. dixerit principes ueſtros habere iura Imperij in eo=rum dominijs. Si ergo principes ueſtri talem præro=gatiuam haberent, quod nõ eſt uerisſimile, quia pluri=mum diminueretur authoritas Cæſaris & imperij, de qua prærogatiua etiam multa dicunt Fel. & Dec. in c. quæ. in eccleſiarũ, tex. de conſtitutio. Si uerò non habent, tunc crederem nõ eſſe locũ iuri accreſcendi, prout Zaſius ſentit, qui nullam prædictorum men=tionẽ facit, quod feciſſet abſq; dubio, uti uir acutiſsi=mi ingenij & maximè peritus.

Præſuppoſita ergo iſta ſententia, ſcilicet ius accre=ſcendi locum non habere in feudis, prout tenuimus, poſſunt tamen nonnullæ exceptiones poni, ut hic per Iaſ. & per feudiſtas in locis ordinarijs. Prima igit̃

exceptio

exceptio ſit, † niſi feudum conceſſum fuiſſet duobus, 246.
& cuilibet eorum: exempli gratia, Titio & Sempro-
nio concedimus in feudum talem rem, & cuilibet
eorum, ſignificant perinde, ac ſi dictum eſſet, ut uno
deficiente alter ſuccedat, & ſic in totum accreſcat. ita
Bald. ſingulariter in L. i. §. filia uerò, in penul. quęſt.
de ſucceſ. feud. & Iaſ. hic dicit iſtud dictum eſſe men-
te tenendum, quod dictum ſequitur Alex. in d. L. ſi
mihi & Titio. col. 9. & in conſ. 30. lib. i. Curt. ſenior
in conſ. 49. & idem ſequitur extendendo. Si dictum
eſſet in inueſtitura utriuſq; nomine concedimus &c.
de hoc eſt tex. in c. i. in fine. de benef. feud. Et ita uo-
luit Parriſius in conſ. 13. attingendo hunc articulum,
num. viij. lib. 1. Confirmatur per doctrinam Bart. in
L. hoc articulo, ſup. de hæred. inſtit. † quod dictio, 247.
utriuſq;, ſui natura ſolet attribuere dictum cuilibet,
& in iſtis, ſimilibusq; modis, ut aliàs uidi in ueſtris
inueſtituris, appellatur iſta ſpecies feudi, alternatum
feudum. Item etiam ſequitur, quod non ſolum per
prædicta exempla in feudis locus eſſet iuri accreſcen-
di, uerum etiam ſi per alia uerba æquipollentia feu-
dum conceſſum eſſet duobus in ſolidum. Nam ut
dici ſolet, † non refert quid ex æquipollentibus fiat, 248.
L. ſi mater, & ibi DD. C. de inſtitu. & ſubſtitu. DD.
latiſsimè in L. Gallus, §. & quid ſi tantum, ſup. de li-
ber. & poſthu. Et ideo ex prædictis ſequitur, quod ſi
dictum eſſet, in conceſsione feudi, † Titio & Sempro 249.
b nio ta-

nio talem rem concedimus in feudū inſolidum, tunc abſq; ullo dubio locus eſſet iuri accreſcendi, ita Bald. in L. unica, in pen. col. C. quan. non pet. par. cuius dictum ſequitur Alex. in d. L. ſi mihi & Titio, col. penul. Corn. in conſ. 163. circa primum, lib. 22. Soz. in conſ. 60. ubi æquiparat iſtos caſus, quando feudū conceſſum eſt uel in ſolidū, uel cuilibet eorū, uel per alia ſimilia uerba, ut proxime dixi. Curt. iunior in conſ. 55. circa finem lib. i. Non omitto tamen animaduertendum eſſe ad iſtas dictiones, cuilibet uel ſimile &c. ut prædicta procedant, quando dictio, cuilibet, appoſita fuit ab initio, ſecus uerò ſi appoſita fuit nō circa primos inueſtitos, ſed circa alios deſcendētes eorū, ut quia dictū eſſet, cōcedimus uobis & ueſtris deſcēdentib. uſq; ad tertiā generationē cuilibet eorū: hāc ſingularē diſtinctionē ponit Anch. in conſ. 246. alias 233. duo prima dubia, cuius dictū multum cōmendat Alex. in cōſ. 13. perſpectis his, col. ult. lib. 3. & potiſsimū mouetur Alex. quia per talē interpretationē minus leditur regula iuris diſponētis, q̊d inter duos nouiter inueſtitos, nō habet locū ius accreſcendi, Alex. in hoc ſibi eſt cōtrarius, ut apparet ex precedentib. ubi tenet cōmunē ſententiā indiſtinctè, in feudis ſcilicet locū eſſe iuri accreſcēdi. Iſtud dictū pro ſingulari ſequit̃ Curt. iunior in d. cōſ. 55. pro habenda clara reſolutione. in fine lib. i. Secundo eſt not. ex-
250. ceptio, † ut in feudis indiuiduis ſemper ſit locus iuri accreſcendi,

accreſcendi, exemplum poni poteſt in iure piſcandi, uenandi, aucupandi &c. Bal. in c. i. de duob. frat. dicit ita ponendo prædicta exempla: hanc exceptionem late diſputat Iohan. And. in Rub. de feud. in additi. ad Specu. pro qua facit optima ratio. Nam in indiuiduis, plura conceduntur, quæ alias denegantur, ad hoc eſt opt. tex. ad propoſitum noſtrũ in L. ſi communem, Quemad. ſeruit. amitt. ubi glo. Bar. & omnes dicunt, q̃d quãdo ſumus in indiuiduis, quis conſequitur priuilegium ex perſona alterius; facit quoq; pro hac ſententia, prout Bar. hic dicit. Nam & uirtute uniõis ius accreſcẽdi locũ habet, L. qui patri, quẽ tex. Bart. hic adducit, ſup. de acquir. hæred. & notabiliter nõnullos modos ponit Curt. Senior in cõſ. 48. col. xi. uerſ. bene facit, & in conſ. ſequen. & ſubſequen. quibus feudum cenſetur indiuiduum. Parriſius conſ. vi. nu. vi. & vij. lib. primo. † Tertia exceptio generalis datur per Bar. quando ex poſtfacto quæſita fuit portio per ius ſpeciale, ueluti per reſtitutionẽ in integrũ, quia tũc acquirit̃ uolenti, L. ſi minor. de acquir. hæred. ratio ponit̃ ibi per gl. quia reſtitutio operatur, ac ſi hæreditas adita nõ fuiſſet, ratio rationis eſt ſecũdũ Iaſ. hic, quia reſtitutio ponit oĩa in priſtinũ ſtatũ, L. q̃d ſi minor, §. reſtitutio, de Minorib. Iſta ratio mihi nõ ſatisfacit. † Nã reſtitutio cũ reducat oĩa in priſtinũ ſtatũ locũ habet in his, q; ſunt iuris, ſec9 in his quę ſunt facti, ut in caſu nr̃o, eſt opt. tex. in L. deniq;

251. (beside "Tertia exceptio")
252. (beside "Nã reſtitutio")

quib. ex cauſ. maior. Aliam ego traderem quia ius ſpeciale non eſt tã firmũ,ſicut ius cõmune,L.eius militis §. militia miſſus, ſup.de mil.teſt.facit ad hoc dictũ
253. Bart. in L. ſcio, de reſtitu. in integ. ubi dicit † minima conſideranda eſſe, quando ſunt contra ius commune, ſecus ſi ſecundum ius commune, quia tunc regula procedit, quę ſemper adducitur, de minimis non curat prætor.

254. † Quarta datur exceptio per Bart. quando ius accreſcendi unitum eſſet,cum ſubſtitutione pupillari, tunc uirtute unionis accreſcit poſt acquiſitam portionem, adducit tex. in L. qui patri, inſ. de acquir. hęred. & ita DD. omnes hic, & alibi indifferenter ſequuntur iſtud dictum Bar. quod licet uerum ſit,non tamẽ uidetur probari per tex. in d. L. qui patri. Nam ibi dicitur,quod licet regula ſit,ut hæreditas non adita non tranſmittatur ad hæredes, tamen ſi unita fuerit cum ſubſtitutione pupillari,ut tali caſu tranſmittatur, non autem ibi dicitur expreſſè de iure accreſcendi, niſi dicamus, quod hoc ſatis colligatur, & uirtute unionis, ut unio operetur, id quod alias actus ſimplex operari non poſsit, ut patet in L. noſtra, uerſ. præfertur, ad idem eſt tex. in auth. Itaq;, C. Com. de ſucceſ. facit etiam quod proximè dictum fuit, quod quando ſumus in indiuiduis, tũc etiam in feudis nouis eſt locus iuri accreſcendi, eodem modo idem debet operari domino,. & facit tex. à nobis ſup. adductus.

ctus in d.L.ſi cauſæ,ſup.quem. ſeruit.amitt. † Quin= 255.
tam quoq; colligere licet ex dicto Bart. quod cũ poſt
acquiſitionem perfectè factam, ex legis diſpoſitione
locum habeat ius accreſcendi, per tex.in §. ſi quis im=
plens, & ibi Ang. in ſpecie not. illum tex. in auth.de
hæred. & falc. idem uult gl. in L. i. §. interdum, in
uerbo Accreſcit, de uſufr. Vltra prædictas limitatio=
nes poſitas † hic per Bart. Iaſ. hic ponebat ſextam in 256.
hærede compulſo adire partem ſuam, ad inſtantiam
fideicommiſſarij, cum ob aliquam cauſam non tene=
batur, eo quia forſan erat incapax; nam tunc illa por
tio quandoq; adita tranſit ad hæredem per ius accre=
ſcendi: ita ſingulariter uoluit Rom. in L. apud, §. u=
trum, per illum tex. inf. ad Trebell. cuius dictum ſin=
gulare eſſe aſſerit Alex. in d. §. utrum, & in ſimili ad=
ducebat tex. in L. ſed cum ab hærede, eod. titu. Septi= 257.
ma exceptio datur per Iaſ. in querela inofficioſi teſta=
menti, in qua ſi poſt acquiſitionem renunciaretur,
haberet locum ius accreſcendi. Ad hoc adducit text.
in L. ſi proponas, alias. ſi ut ponas, §. fina. de inoff.
teſtam. & ibi Bart. not. illum tex. idem uoluit Aret.
in d.L.ſi mihi & Titio, & Iaſ. hic ſequitur. Iſta limitatio
ad iſtud propoſitum non meretur adduci: quia caſus
d. L. ſi proponas, §. fin. loquitur in diuerſis terminis
à quæſtione Bart. Nam ibi nulla portio erat acquiſi=
ta, ſed bene omnes inceperunt agere querela inoffi=
cioſi teſtamenti, erat tamen facta acquiſitio iuris, non

258. portionis, & ideo nō ꝓcedit iſta limitatio. † Octaua & ultima exceptio datur in caſu L.ſi qua mulier,C.ad Trebell.ubi mulier feſtinans ad ſecunda uota contra legis diſpoſitionem L.i.& 2.C. de ſecund.nup.ſi dederit uel donauerit filijs prioris matrimonij aliquid, & unus eorū decedat etiā poſt acquiſitionem, locus eſt iuri accreſcendi: quia illud ius ꝓuenit ex L. diſpoſitione, & propterea locum habet ius accreſcendi.

Circa quartam quæſtionem principalem in uerbo, Qualiter, Bart. hoc declarat quatuor modis: Ex cuius dictis plures concluſiones colliguntur.
259. Prima † eſt q̄d in iure non decreſcendi, portio deficiens inter legatarios omnino accreſcat inuito, per L. 4. cum ſeq. ſup. eod. titu. lib. 2. & conſideratur hic per Bar. quod duplex ſit ius accreſcendi, uidelicet ius non decreſcendi, & ius accreſcendi, hoc tamen à DD. emanauit potius gratia doctrinæ, quam quod reperiatur apud I.C. uel Impp. & conſiderandum eſt, prout ſupra in præludijs à nobis ſatis dictum
260. eſt, licet Bar. hoc non dicat, † quod ius non decreſcendi locū habet ſiue inter coniunctos re tantū, ſiue inter coniunctos re & uerbis. Nam in iſtis duobus caſibus conſideratur ius non decreſcendi, nec habet locū ius accreſcendi, ut ipſemet Bart. dixit, ſup. in 1. quęſt.
261. princ. in 3. col. Secunda concluſio colligitur † qd' qn̄ ſumus in iure accreſcendi, uidelicet inter coniunctos uerbis tantū, & non aliter, tunc portio uolenti tantū

accre-

accreſcit,L.unica §.ubi autē,C.de cad.toll.& illo caſu accreſcit uolenti portio cū onere.Ratio cur cū onere, † qa ratio naturalis dictat, ut q habet cōmoda, habeat 262. etiam incōmoda L.ſecundū naturam,de reg.iur.Quę ſit ratio differentię inter ius nō decreſcendi & accreſcendi,licet nec Bar.nec DD.dicāt,poteſt eſſe † hæc, 263. q̊d cum in iure non decreſcendi ab initio eadem res in ſolidum omnibus ſit relicta,ut patet in §. ſi eadem res, Inſt. L. planc,§.ſi cōiūctim,ſup.eod.tit.i.ideo lex ſtatuit,ut ſcindi non poſsit legatum,d.L.4. ex quo ab initio totā rem habet, ideo conuenit ut non ſcindat̄: ſecus in iure accreſcendi inter coniunctos uerbis tan tum,quia cum ab initio partes fuerunt diuiſę, & quilibet habuit partem, ideo honeſtū eſt, ut portionem deficientem ex parte alterius poſsit recuſare,& inuitus non compellatur recipere. Tertia ſit concluſio † 264. ut hæredes inſtituti non poſsint recuſare portionem deficientem,ſi cohæres adiuerit hæreditatē poſt portionem deficientem repudiatione L. ſi duo,in fine, ſup.de acqui.hęred.& licet ille tex.loquat̄ de hęredib. neceſſarijs,utputa in filijs,ut expreſſè ibi dicit I.C.tamē non ꝑpterea reſtringitur dictū Bar. quin locū etiam habeat inter hęredes extraneos, qa ratio ibi eſt generalis,ut apparet in fine tex.ibi.Et ideò dictū ampliatur 265. & extenditur per rationem generalem, L.cum pater, §.dulciſsimis, ſup. tit.noſt. lib.2. & L. regu.§. penul. ubi Bart.de iur. & fac. ignor.Et notandum eſt,quod Bart.

Bart. hic expreſsè facit differentiam, an cohæres adi-
uerit portionem ſuam ante, uel poſt portionem de-
ficientem, quod uidetur durum, cum ſemper locum
habeat regula, ne quis decedat pro parte teſtatus, &
pro parte inteſtatus L. ius noſtrum, & ibi DD. o-
mnes, de reg. iur. Sed ad hoc Bart. inf. tacite reſpon-
det in ſua ultima diſtinctione, quia prouenit ex be-
neficio alterius, ut inf. dicam.

266. Quarta ſit concluſio, † ſi portio hæreditatis defi-
ciat poſt aditam partem ſuam, quę eſſet deſtinata e-
teſtatoris expreſſa uoluntate, ueluti per ſubſtitutio
nem uulgarem, tunc portio omnino inuito accreſci
prout eſt caſus, quem Bart. adducit, in L. ſi quis hæ
res, in fine, ſup. eod. titu. de acquir. hæred. Rati
ibi ponitur per I.C. ubi dicit, Sunt enim appendice
præcedentis inſtitutionis.

267. Quinta ſit concluſio, † ſi portio deficiens proue
niat iure ſpeciali, uidelicet per reſtitutionem in inte
grum, ut tunc non accreſcat inuito, ſed uolenti, d. L
ſi minor, ſup. de acquir. hæred. Ratio iſtius deciſio
nis ſup. dicta eſt. Nam cum iam amiſſa fuiſſet per re
pudiationem, & per reſtitutionem in integrum re
ſtituta fuerint, tunc debilius ius eſt, cum proueni
ex ſpeciali, & non ex iure communi, quod eſt fortiu
ſpeciali, L. eius militis, §. ſi militia miſſus, ſup. de m
lit. teſta. cum ſimilibus.

268. † Sexta & ultima ſit concluſio, ſi hæres adiuit h
redit.

reditariam portionem ante repudiationem factam, per ſuum cohæredem, tunc cohæredis portio deficiens non accreſcit inuito, & licet regula ſit, quod hæreditas ſemel adita nõ repudiatur, L. & ſi ſine, §. ſed quod Papinianus, de Minoribus: tamẽ in dicto caſu hæres ex beneficio cohæredis repudiantis hæreditatem quam adiuit, repudiare poteſt, per L. cum hæreditatem, ſupra, de acquir. hæred. ubi colligitur id ſingulare eſſe, † quod interdum alicui aliquid conce- 269.
datur per aliũ, quod per perſonã propriam conſequi non poteſt, ſicut uidetur in indiuiduis, d. L. ſi communem, & licet tex. in d. L. cum hæreditas, loquatur in hæredibus neceſſarijs, tamen ut gl. ibi & alij DD. uolunt, locum habet in extraneo hærede, quicquid in contrarium uelit Fulgoſ. in L. in teſtamento. C. de impub. & al. ſubſti.

Secunda declaratio Bart. ad illud uerbum, Qualiter, eſt ut exponatur, An cũ onere, uel ſine onere: ex cuius dictis plures cõcluſiones colligũtur, ſed anteq̃ deueniamus ad illas, neceſſe eſt, ut mens Bar. declaretur, dũ dicit, quod legatũ habetur pro nõ ſcripto, caduco, uel quaſi caduco: † dicitur legatũ pro nõ ſcripto, 270.
quando teſtator his relinquebat, qui tempore teſtamenti nõ eſſent in rerũ natura, utpote mortuis inſcio teſtatore, ut hoc exemplũ ponitur in d. L. i. §. & cũ triplici. C. de cad. toll. dicit etiã † pro nõ ſcripto, quan- 271.
do legatarius eſt incapax ex delicto ſuo, ut Bar. hic

252. dicit. † Caducum dicitur, quãdo legatarius uel hæres eſt in rerũ naturá tempore teſtamẽti, ſed mortuus eſt uiuo teſtatore, d.L. unica §. pro ſecũdo. C. de cad.
253. toll. † dicitur quaſi caducũ, quando legatarius moritur poſt mortẽ teſtatoris, ſed non cedebat dies tempore mortis ſuæ, & ideo non tranſmittit ius ad hæredes ſuos, ſed reuertitur, & ita Bart. hic in ſua diſtinctione dicit, An ex delicto eius, qui capere non poteſt, portio deficiat, an alio modo: & ſic Bar. ſentit prædictos modos, licet & ipſe non declaret.
254. † Prima ergo ſit cõcluſio Bar. ut ſi portio deficiat ex delicto eius, qui capere non poterat, tunc portio accreſcat cum onere, adducit L. fina. infr. de his, quæ pro non ſcript. haben. Crot. hic dicit illum tex. non probare Bar. intẽtionem, quia ibi decidit, quod portio legati pro non ſcripta remaneat penes hæredes teſtatoris. Nam tũc hæres, ut ibi dicitur, onus iniunctum legatario præſtare tenetur. Quod aũt de legatario, an portio accreſcat collegatario, I.C. nõ aperit, propterea Crot. hic reliquit cogitandũ. Cõſiderabã
255. ad defendendũ Bart. q̃d tex. adductus per eundẽ † in d.L. fin. probet in argumentũ. Nam ſi locũ habet in perſona hæredis, ut portio deficiens reuertatur ad hæredẽ cũ onere, multo magis in perſona collegatarij. Secundo modo dici poteſt, quod Bar. inducat illũ tex. in genere, quãdo relictũ habetur pro nõ ſcripto, non ex caſu, ſed ex delicto, ut ipſe dicit expreſſè, quo

caſu

caſu improprie dicitur pro nõ ſcripto, cum tamen ſit ſcriptum, ſed quia læditur lex, quæ imponit pænã ſibi aſſcribẽti aliquid in teſtamento, d. L. i. & ibi per totũ titulũ, infr. de his, quæ pro nõ ſcrip. hab. & quod proprie non dicatur legatum pro non ſcripto, quãdo ex delicto prouenit, uult glo. expreſſe in L. unica, §. pro ſecundo, in uerb. Perraro, C. de cad. toll.

† Secunda ſit concluſio, portionẽ legati pro non ſcripta accreſcere collegatario ſine onere, L. i. §. in primo. C. de cad. toll. ubi ille tex. loquiẽ in terminis. 276.

† Tertia ſit cõcluſio Bar. ut in hæreditate onus accreſcat cũ portione dificienti, qñ hæreditas uacat pro nõ ſcripta, d. L. unica, §. ĳs, in uerſ. Quocunq; modo uacuatũ, C. de cad. toll. & ita DD. oẽs cõmuniter hãc Bar. ſententiã ſequuntur, ut patet per Cyn. Pet. Bal. Ang. Sal. Caſt. in §. his ita. Rationẽ differentiæ Bar. nõ ponit hic, ſed alibi, uidelicet in L. quæ cõditio, infr. de cõditi. & dem. Quã rationẽ prius poſuerũt Pet. & Cyn. in d. §. his ita: ratio differẽtiæ eſt, † quia legatũ pro nõ ſcripto eſt ipſo iure nullũ, qa nõ extat perſona cui datũ eſt, ut ipſi adhærere poſsit, & per cõſequens, onus etiã pro nõ ſcripto habeẽ: ſecus cõtingit in hæreditate. Nã licet quis ſit mortuus, cui hæreditas erat relicta, tñ hæreditas iacẽs repræſentat perſonã defuncti. L. hæreditas, de acquir. rer. domi. L. mortuo. cũ ſimilib. de fideiuſs. hinc ſequitur, hæreditatẽ, quæ pro non ſcripta habetur, tranſire cum ſuo onere, quia ab 277. 278.

initio conſtabat legatũ in ea factum. Iſtam cõcluſio-
nem damnat Imo.in L.quæ conditio,infr.de condit.
& demonſt. & rationem differentiæ damnat hic Iaſ.
Mouetur Imol.per L.ubi ſecundum ipſum eſt caſus
contra hãc DD.ſententiam, in L. quidam referunt,
ſup.de iur.codicil.per quem tex.etiam idem uult Be-
ned.de plumb.in d.§.his ita,ubi dicitur,ſi quis nõ fue
rit tempore codicillorũ in rerũ natura, licet tempore
teſtamẽti eſſet in humanis,q̃d hęreditas ſeu diſpoſitio
facta non ualet,nec tenet,& per conſequens, nõ ac-
creſcit alicui cũ onere. Ad illum tex.reſpondet,quod
nõ obſtat. Nam licet hæres inſtitutus nõ erat tempo-
re codicillorũ,tamen hæres fuerat tẽpore teſtamenti,
& ita Bald.dixit in L.penul.§.Celſus,ſup.eod.lib. ij.
Verum iſta ſolutio ab omnib. damnatur, & merito,
quæ eſt contra expreſſum tex.ibi. Nã I.C.adducebat
hanc rationẽ pro ſentẽtia, I. C. quorundã,tamẽ ab ea
recedebat, & aliorũ ſententiã ſequebat̃. Alij uerò re-
ſpondẽt,q̃d ille tex. nõ obſtet ſentẽtiæ cõmuni, quia
ibi nõ loquit̃ de iure accreſcẽdi,ſed loquit̃ de ſubſtitu
tis.Crot.hic recedit ab hac ſol.dicẽs per illũ tex.addu-
ctũ per Imol.ueriorẽ eſſe ipſius ſententiã:defendẽdo
Bar.& cõmunẽ, tertio quoq; loco reſpondet̃, q̃d ille
tex.nullomodo obſtet:quia ibi per I.C. nõ deciditur
quæſtio Bar.hic,quia ibi nullũ uerbũ de eo,an debe-
at accreſcere nec ne portio deficiẽs,minus quoq; di-
cit̃ ibi, q̃d debeat accreſcere cũ, uel ſine onere.ſequit̃

ergo

ergo illum tex. non urgere contra Bar. Non obſtat, quod dicit Iaſ. hic reprobando rationem differentię. Imo optima fuit ratio Bart. & aliorum in locis ſup. adductis. Nã hæreditas eſt ius uniuerſale, iurib. uulgaribus, & ideo onus ſemper repręſentari poteſt per hæreditatem iacentem, ſecus legatũ cum onere: quia legatum non eſt ius uniuerſale, ut hæreditas, quod apparet ex definitione legati in L. legatum, ſup. tit. i. & Inſt. eod. quod ſit quædam donatio, & non ius uniuerſale, nec legatarius dicitur hæres. Nam legatarius non tenetur ad onera regulariter, ut patet in L. quoties, ubi DD. C. de hæred. inſtit. & ex his apparet, ſententiam Bart. & cõmunem ueriorem eſſe.

Quarta ſit concluſio† ut in hęreditate habita ꝓ nõ ſcripta, ſi onus ab omnibus hæredibus factum fuerit, portio accreſcat cum onere L. quæ conditio, inf. de conditio. & demonſt. L. ciuitatib. §. Lucius, ſup. eod. tit. lib. i. Et iſta concluſio non habet difficultatem. Nam ratio uiua eſt. Si enim omnibus hęredib. iniunctum fuit onus, ſequitur quod omnes teneantur: & huc maxime facit. Quando enim apponitur copula, cum copulæ uirtus ſit, ut onus impoſitum uni cenſeatur repetitum in perſona aliorum omnium, L. Seiæ, §. Caio, inf. de fund. inſt. tamen contra hanc concluſionem de copula, obſtare uidetur, L. reos §. cum in tabulis, de duob. reis, ubi onus diuiditur inter plures nominatos, licet non fuerit copula. Reſponderi po- 279.

teſt, quod procedat in contractibus & obligationi-
bus: ſecus in ultimis uoluntatibus. Vel ſecundo tex.
illum procedere, quando copula non refertur ad per-
ſonarum genus, ut in caſu noſtro, ſed ad ſpeciem.

280. † Quinta ſit concluſio, ſi onus nominatim iniun-
ctum ſit uni ex hæredibus, tunc portio pro non ſcri-
pta uacans, accreſcit ſine onere, L. Celſus, §. fin. ub
glo. not. in uerb. extitiſſet, ſup. eod. tit. lib. 2. & ille
tex. ſic debet intelligi pro communi ſententia de ne-
ceſsitate, ut loquatur in hæreditate pro non ſcripta
& in onere nominatim iniuncto, licet, ut hic quoq
dicit Crot. ille tex. generaliter loquatur, ſi hæres no
extiterit, nec declaret quomodo, tamen gloſ. ibi ſi
intelligit illum tex. hanc concluſionem ſequitur Pet
Cyn. Bar. in d. L. unica, §. his ita, & in d. L. quę con
ditio, inf. de conditio. & demonſt. Bald. in d. L. Cel
ſus, §. fin. Crot. hic. Sed contra hanc concluſionen
obſtat & urget L. ſi Titio & Meuio, §. Iulianus, ſup
lib. 2. ubi fideicommiſſum nominatim iniunctun
fuit uni ex hæredibus legitimis, & ibi deciditur, quo
cohæres quaſi ſubſtitutus, cum ſuo onere conſequa
tur portionem accreſcentem. Ad iſtum tex. DD. hi
duobus modis reſpondent: primo, ut loquatur i
hæreditate caduca, & non in hęreditate pro non ſcri
pta, & quod non ſit diuinare ad illũ text. ponderan
text. ipſum, dum dicit, quod alter ex legitimis hære
dibus repudiauit portionem, quę repudiatio fuiſſe
inualida, ſi facta fuiſſet uiuẽte teſtatore, L. qui ſuper
ſtiti

ſtitis, ſup. de acquir. hęred. Nam uiuentis nulla eſt hę=reditas, ut ibi dicitur. Alio modo reſpondent DD. ſcilicet, quod procedat tempore, quo hęreditas appel=latur pro non ſcripta. Iſta ſolutio ab omnib. reijcitur. Tertio modo reſpondet Caſt. in d. L. Celſus, §. fin. q̊d procedat ſtricto rigore iuris, anteq̃ emanaſſet D. Seueri reſcriptum, de quo in d. L. ſi mihi & Titio, §. Iulianus. Secus poſtquam emanauit reſcriptum, & hanc ſol. Caſt. tenet, Raph. Cum. ſed Croto & mihi non placet: quia ua..a eſt, ut apparet per illum hic. ha=bebat enim I.C. hic notitiam reſcripti D. Seueri, ut pa tet in d. §. Iulianus, & ideo Crot. hic pro concordia non recedit à prima ſolutione, Iſta difficultas facilius tolli poſſet, ſi diceremus illum tex. in d. §. Iulianus, lo=cum habere in fideicommiſsis, & non in hæreditati=bus directis, prout Bar. & DD. hic loquuntur, cuius ratio differentiæ eſſe poſſet. Nam in fideicommiſsis uoluntas ſeruãnda eſt, cũ ab omnibus cenſeatur in=iunctum onus, ſecus in hęreditate directa. †Sexta cõ= 281.
cluſio quę colligit̃ hęc eſt, ſi portio deficiens ſit cadu=ca, accreſcere debet cohęredi uel legatario cum one=re iniuncto illi, cuius portio deficit, d. L. unica, §. p ſe=cundo, & in §. in nouiſsimo, C. de cad. toll.

† Septima concluſio eſt in iure non decreſcendi, 282.
q̊d inter coniunctos re tantum habet locum, ut por=tio deficiens accreſcat ſine onere, d. L. unica, §. ſin autem ad deficientis, C. de cad. toll. ubi Imp. ponit ra=tionem,

tionem, quod ex quo quis nõ conſequitur alienum
ſed ſuum, ideo portio accreſcit ſine onere. Secus ue
rò dicit Bart. ſi eſſemus inter coniunctos re & uerbis
quia tunc tranſiret portio cum onere: ratio differen
tiæ eſt propter copulam, Et, quæ hunc effectum ope
ratur per L. Seię, §. Caio inf. de fund. inſtr. & ita Bar
hic tenet, & ante eum gl. in d. §. ſin autem ad deficie
tis, in uerb. Non ſentiat, & hæc eſt communis DD
ſententia. Contrarium tamen uult Pet. de Bellaper
ut refert Cy: in d. §. ſin autem, ut inter coniunctos r
& uerbis, & ſic in mixta cõiunctione, portio deficien
debeat tranſire ſine onere, cum eadẽ ſit ratio, de qu
in d. §. ſin autem ad deficientis. Nam non uti ali
num, ſed uti ſuum conſequitur, licet per concurſu
res poſtea diuidatur, d. §. ſi eadem Inſt. de legat. mo
283. uetur Petr. † quia coniunctus re & uerbis, magis e
prædilectus à teſtatore, quam re coniunctus tantun
ut patet in L. noſtra, ibi, præfertur &c: Igitur à fortic
ri, ſicut portio deficiens inter coniunctos re tantun
accreſcit ſine onere, eodem modo à fortiori, deb
accreſcere ſine onere in coniunctione mixta, & i
tenendo reſpondetur ad Bart. & DD. rationem, c
284. uirtute copulę, † quę ſolet ęqualitatẽ inducere: qu
ad hoc reſpondetur per L. fin. §. Seia, ſup. eod. t
lib. 2. nec obſ. tex. in d. §. Caio, quia copula ibi p
nitur inter res, & non inter perſonas, & iſtam ſol.
d. §. Caio, ſequitur Soz. in L. ſi ſeparatim, inf. de co
di

diti,& demonſt.Crot.hic tenet hanc ſententiã Petr. licet nihil adducat, ſolum reſpondet duabus rationibus adductis per Corn.in d.L.unica,§.ſi uerò diſiunctim,quarũ prima erat.Nam regula in d.§.Sin autem ad deficientis,procedit ut portio inter coniunctos re tantum, deficiens accreſcat ſine onere, de coniunctione uero mixta tex.ibi non loquitur, † ideo non 285.
eſt recedendum à regula,nec facienda extenſio, per not.in L.i.de reg.iur.& per dictum Bald. in L.i.uerſ. Quid de deportato.C. de hæred.inſtit.Secũda ratio erat ex ratione tex. in d.§. Sin autem ad deficientis, dum ibi dicitur pro ratione diuerſitatis. Ne uarietatis in occulto ſit ratio,cum ibi uidebatur teſtator diſiunctim hoc reliquiſſe, ut unuſquiſq; ſuum onus, & non alienum agnoſcat, & quoq; ſi teſtator contrarium uoluiſſet,diſpoſuiſſet de hoc,ex qua ratione ſecundum ipſum colligitur, quod in coniunctione illa,ratio tex.non habeat locũ,& Crot. hic fatetur hanc ſecundam rationem urgere pro communi ſententiã,ut dictum eſt,tamen recedit. Iſta concluſio Petr. licet ab omnibus fere ſit derelicta,tamen non ſolum diſputando,ut Crot. hic dicit, uerior eſt,ſed etiam ab ipſa non eſt recedendum iudicando & conſulendo, quia habet pro ſe uiuas rationes & leges, ut portio debeat accreſcere ſine onere inter coniunctos re & uerbis ſimul,ſicut inter cõiunctos re tantum; & moueor equidem primo per dictum eiuſdem Bart. ſup.

in prima quæſt. princip. quæſtione ij. ubi decidit in-
ter coniunctos re & uerbis ſimul locum habere ius
nõ decreſcendi, et ius accreſcendi, ergo apparet aper-
te, quod portio deficiens debeat accreſcere ſine one-
re, quia hæc eſt natura iuris non decreſcendi, prout
ipſemet Bart. hic uult, & apparet in d. §. ſin autem ad
deficientis, ubi Imp. hoc expreſſe ſentit in ratione,
dum dicit ibi, ſuum, & non alienum agnoſcit, ex qui-
bus uerbis, Suum &c. DD. potuerunt facere hanc
differentiam, & ſic diuerſis nominibus appellare ius
non decreſcendi, & ius accreſcendi. Et ex iſto fun-
damento, doctrina Bart. & DD. hic tollitur per aliã
cõmunem ſententiam, & ſic Bart. proprijs telis con-
foditur. Secundo moueor. Nam licet coniunctio
uerbis concurrat in iſta coniunctione, tamen impo-
tentior eſt cõiunctione reali tantũ, ex quo prævalet
ius non decreſcendi, & nõ ius accreſcendi, quod ſo-
lum locũ habet inter cõiunctos uerbis tantũ: ideoq;
286. † in caſu mixto attendatur illa qualitas, quæ eſt po-
tentior, arg. L. quæritur, cum ſimilib. de ſtat. homin.
Si ergo qualitas potentior, & ſic ius non decreſcen-
di attẽditur, ut portio deficiens accreſcat ſine onere
ac ſi eſſet ſimplex coniunctio realis. Tertio accedit
287. pro hac ſententia ratio. Nam † in dubio teſtator
præſumitur quam minime uelle grauare ſuũ hæredẽ
uel legatarium, L. unum ex familia, §. ſi rem, ſup. eod.
tit. lib. ij. Ideò cum teſtator ſolum onus uni iniunxit
dicendum

dicendum eſt in dubio, quod noluerit in portione deficienti alterum cohæredem, uel collegatarium onerare. Nam ſi uoluiſſet, expreſſe dixiſſet, ad hoc facit opt. tex. in hac ratione, in d. §. ſin autem ad deficientis. Quarto confirmatur ſententia noſtra etiã alia ratione. Nam ubi eſt commodum, ibi debet eſſe incommodum, & è contra, L. ſecundum noſtram, cum alijs ſimilibus, ff. de reg. iur. Sed æquitas non patitur, ut quando quis non ſit honoratus, grauari † 288.
poſsit, L. ab eo, cum ſimilibus, C. de fideicom. Iſto enim caſu ut dictum eſt, non alienum legatarius uel cohæres agnoſcit, ſed tanquam ſuum, ſi ergo ſuum, conſequitur, quod nõ debet habere incommodum aliquod. Quinto facit. Nam ubi eſt eadem ratio, ibi debet eſſe eadem iuris diſpoſitio, c. cum delicta, de confir. uti. uel inuti. L. illud, ad L. Aquil. Sed in iure nõ decreſcẽdi ratio dictat, ut portio deficiens accreſcat ſine onere, d. §. ſin autẽ ad deficientis, & ſi hoc locum habet in ſimplici coniunctione reali, multo fortius in coniunctione mixta, ex rationis identitate: plura poſſent adduci pro hac ſententia, quam tenendo, reſpondetur ad rationem Bart. & DD. quod copula, Et, quæ inducit coniunctionem uerbalem, ſiue uerbis, non immutet naturam iuris non decreſcendi, cum potentior ſit qualitas, & præualeat, dicta L. quæritur, ideo copula nihil

 operatur:

operatur: magis enim inducere uidetur quādā celeri-
tatem, quam mutare naturam, arg. tex. in L. ſi quis
ita hæredes, ſup. de hæred. inſtit. Non obſtant quoq;
rationes Corn. in d. §. ſi uerò diſiunctim, quia reſpon
detur, ut per Crot. hic. Nam dicitur, quod cum maior
ſit ratio in caſu iſto, ut ſup. diximus, propterea tex. ille
289. extendi debeat ex identitate rationis. † Nam ubi
eſt eadem ratio, conceditur extenſio, c. cum dilecta,
de confir. util. uel inut. Bart. & DD. in L. ſi conſtan-
te, in princ. ſup. Sol. mat. & in auth. Quas actiones,
290. C. de ſacroſ. eccle. quod argumentum ualet, † non
ſolum in fauorabilibus, uerum etiam in odioſis, L. li-
bertum, §. Senatuſconſult, ubi bonus tex. de rit.
nupt. quem tex. dicit eſſe notabilē Areti. in L. i. ſup.
de uulg. & pupil. ad idem eſt tex. in L. filium habeo,
291. ad S. C. Macedo. † & hoc eſt potiſsimum in iure
noſtro, ut omnia regantur & moderentur à ratione,
d. L. cū pater, §. dulciſsimis, de leg. ij. ad idem eſt opt.
tex. in L. adigere, §. quāuis, de iur. patro, & alias dixit
292. ſingulariter Bald. in L. non dubium C. de legib. †
quod lex abſq; ratione eſt ueluti cadauer. idem in L.
293. unica, §. in primo, in i. nota. C. de cad. toll. † quod
ratio ſit optimus clypeus legis; ratio enim eſt anima
legis d. §. dulciſsimis, & ratio naturalis ſufficit pro le-
ge, L. ſcire, §. ſufficit, ſup. de excuſ. tuto. & ideo ubi ce
ſat lex, & nō reperit̄ legis deciſio, ratio naturalis ſuf-
ficiens eſt, ad cauſarū deciſionem, ut eſt tex. & DD.
ibi

ibi, in c.fin.ext.de tranſact.& hoc maxime locum habet in caſu noſtro, cum noſtra ſententia fundata ſit in naturali æquitate, quę ſuggerit, ut qui non habet commodum, non ſentiat incommodum, ut dictum eſt in iure non decreſcendi, quod non dicitur habere tanquam alienum, ſed tanquam ſuum, ideo debet fieri extenſio, L. fina. ubi DD. C. ad L. falcid. ubi dicitur, Eadem ratio ęquitatis.

Vltimo non omitto unum ſingulare dictum Bar. in L. Repetendis, col. ult. eod. tit. lib. 2. qui quęrit, ſi teſtator maritus legaſſet uxori decem annua, item habitationem ſuę domus, donec caſtè & honeſtè uixerit, † atque adieciſſet, Lego uxori ueſtes ſericeas, & ex lana, an illa conditio, ſi caſtè & honeſtè uixerit &c. cenſeatur repetita in legato ueſtium? Bartol. dixit 294.
hanc quęſtionem ſe in facto habuiſſe, & decidiſſe, illam conditionem nō cenſeri repetitam in legato ueſtium, ut apparet in conſ. 65. Teſtator reliquit habitationem domus &c. hanc ſententiam ſequitur Bal. in L. fin. C. de indict. uidui. toll. & Crot. hic, Bar. in prędictis locis reddebat rationem ſuę deciſionis, quia primum legatum habitationis cum illa conditione, habet tractum ſucceſsiuum, quia hęres teſtatoris tenebatur ſemper preſtare patientiā uxori donec uiuat: ſecundum legatum habet tractum momentaneum, id eſt, quod uno & eodem momento legatum executioni tradatur, quia hæres uno & eodem tempore

omnes ueſtes uxori tradere cogit. † Iſta deciſio Bar.
295. mihi non placet, nec uidetur uera, nõ ſolum in pun-
cto iuris, uerum etiã conſulendo & iudicando. Nam
uidetur omnino dicendum in utroq; legato illã con-
ditionem, ſi caſtè & honeſtè &c. repetitam eſſe, etiam
ſi teſtator in legato ſecundo non adiecerit. Nam in-
ſpicienda eſt ratio, & cauſa, cur talem conditionem
appoſuerit, & regula firma eſt, ut in ultimis uolunta-
296. tibus † ſemper mens teſtatoris inſpiciatur, L. 4. & L.
cum uirum, C. de fideicom. L. 4. de lib. præt: & plu-
ra ad hoc iura adduci poſſent. Sed in caſu noſtro non
poſſumus aliam rationem conſiderare, cur appoſue-
rit conditionem iſtam, niſi quod habuerit rationem
ſui honoris, etiam poſt obitum: iniuria enim affici-
tur teſtator propter impudicitiam uxoris, prout in ſi-
297. mili dicitur, quod † quando mulier tranſit ad ſecun-
da uota, exiſtentibus liberis primi matrimonij, triſte-
tur teſtator, ut in §. ꝓſpeximus, in auth. de non elig.
ſecun. nub. & cum memoria triſtetur & afficiatu
iniuria, ſequitur quod propter dictas rationes appo
ſita fuerit talis conditio. Iſta ergo ratio, licet non ſ
298. expreſſa, tamen debet haberi pro expreſſa, † quand
alia ratio reddi non poteſt, per not. in L. quamuis
C. de fideicom. nam ſi teſtator interrogatus fuiſſe
utique dixiſſet illam conditionem cenſeri repetita
in utroq; legato, & propterea ſuccedunt, quæ ſingu-
lariter not. per gloſ. magnam, & DD. in L. tale pa
ctum

ctum, §. fin. de pact. & ideo cum eadem ſit ratio, † 299.
eadem debet eſſe iuris diſpoſitio, L. illud, cum alijs, ad L. Aquil. nec ratio differentiæ per Bar. adducta circa legata, immutat mentem teſtatoris, propterea magis inſpicienda eſt teſtatoris mens, quam dictum, † quia 300.
dictum declaratur ex ratione, d. L. cũ pater, §. dulciſsimis, facit etiam, quia in dicto teſtamento dictum fuit, itẽ lego &c. † quæ dictio, item, ſui natura eſt præceden 301.
tium repetitiua, L. i. §. itẽ in bello, de acqui. poſſ. & ibi Albe. per illum tex. merito igitur iſta conditio, ſi honeſtè &c. cenſeri debet repetita in ſequenti legato, facit reg. iur. ut ſemp in dubio in teſtamentis ſequentia declarentur ex præcedentib. & ẽ cõtra, L. qui filiabus, in prin. & ibi DD. L. ſi ſeruus plurium, §. fi. ſup. lib. 1.

Tertia declaratio ad illa uerba, Qualiter &c. ponitur per Bar. ſcilicet, † An pro hæreditarijs portionibus 302.
uel legatis portio debeat accreſcere, & concludit quidẽ Bar. deficientẽ portionẽ accreſcere alijs ꝓ portionibus hæreditarijs, aut legatis: ad hoc adducit duo iura, quæ probant tam in hæreditate, q̃ in legato, L. Menio, tit. noſ. lib. 2. & L. liber homo, §. cũ quis, de hæred. inſti. ad idem eſt bonus tex. ultra Bar. in d. L. unica, §. his ita, uer. ſin uero, C. de cad. toll. & huius deciſionis ratio uiua eſt. Nam qui in maiori ſumma eſt uocatus ad hæreditatem uel legatum, præſumitur magis à teſtatore, dilectus, ideo ſequiť, ut etiã portione deficiẽti in iure accreſcendi ſit prædilectus. Nam ius accreſcendi,

ut ſæpius

ut ſæpius dictum eſt, prouenit ex tacito teſtatoris iu-
dicio, d. L. Si mihi & Titio, §. Iulianus, ibi. Quaſi ſub-
ſtitutus, & ita Crot. hic quoque hanc rationem addu
cit: ultra Crot. eſt optimus tex. in L. ſi ita ſcriptū, ſup
de lib. & poſth. ubi I. C. ipſemet mouetur prædict
ratione, ut in diuiſione hæreditatis in caſu mixto ha
beatur illa ratio, an quis fuerit in maiori ſumma uo
303. catus in initio. Crot. hic † limitat hanc Bart. conclu
ſionem, dicens, quod quando omnes hæredes u
legatarij eſſent inæqualiter uocati, tum onus uel co
ditio æqualiter ipſis impoſita ſit, & quod tunc
portio deficeret, accreſceret æqualiter omnibus, no
habita ratione portionum, argu. L. utrum, §. cū qu
dam, inf. de reb. dub. Sed parcat mihi Crot. iſta ſu
exceptio non probatur iure, nec æquitas patitur, n
tex. in d. §. cum quidam, probat intentionem ipſiu
nec ibi aliquo pacto colligi hoc poteſt, cum text. i
loquatur in remotis terminis à materia noſtra. Na
304. certum eſt, † ualidum eſſe argumentū de parte quo
partem, ſicut de toto quoad totum, L. quę de tota,
ibi Bar. de rei uendic. Sed ſi quis nullo modo hon
ratur, non debet etiam grauari, L. ab eo C. de fide
com. eodem modo nec debet grauari, qui nullū co
modum recepit, cum in hoc caſu non eſſet honor
tus, & hoc uidentur ſentire iura adducta, per Bar. l
in d. L. Meuio, d. L. liber homo, §. cum quis, in qu
bus prædicta iura ſic ſtatuerunt propter prædicta
rationem. † Qua

† Quarta fuit declaratio Bar. qua docet, quod portio 305.
deficiens quæ accreſcit, debet peti eadem actione: ad hoc adducit plura iura, uidelicet, L. ſi Titio, §. fin. de uſufruct. tit. gen. L. ſi interdum, §. fina. de uſufru. accreſ. L. & an eadem, §. qui cum partē, de except. re iudic. quæ iura, ut Crot. hic dicit, ſic induci debent, ut ſi quis petierit fundum, & contra ipſum fuit pronunciatum, ſi poſtea petit partem fundi accreſcentem, excluderetur exceptione rei iudicatæ, & tamen ſi alia actione peteret illam portionem accreſcentem, non excluderetur, nec obeſſet ei rei iudicatæ exceptio: ergo extra illos caſus, probatur ibi eadem actione petendam eſſe portionem deficientem: adducit bonū tex. in ſimili, in L. penul. ut legat. no. caue. ubi dicitur, quod ſi unus ex hæredibus fideiuſſorem præſtiterit de ſoluendis legatis, ſi pars cohæredis accreſcit, fideiuſſor ab eo datus teneretur in ſolidum pro ea parte, quæ accreſceret, ideo non poteſt eſſe alia ratio, niſi quia portio accreſcens, cenſetur eodem iure acreſcere, ſicut pars principalis: hæc dicta Bart. procedunt, præſertim ſi hæredes uel legatarij eſſent re tantum coniuncti, uel re & uerbis: quia tunc portio accreſcit, non tanquam aliena, ſed tanquam ſua, d. §. ſin autem ad deficientis, unde eadem ratione petenda eſt illa portio.

Quinta & ultima declaratio Bar. ad illud uerbum, qualiter, eſt; an trahatur ad bona impuberis nec ne:

In qua ultima declaratione ex dictis Bart. plures con-
306. cluſiones colliguntur: † Prima eſt, quod cohæres
ſuccedat pupillo, niſi ſit ſubſtitutus ei datus. Nam ſi
pupillus repudiat hæreditatē, cohæres admittitur ad
bona patris, beneficio iuris accreſcendi, ad bona filij
307. impuberis non admittitur: † quia hæreditas filij eſt
diuerſa ab hæreditate patris, L. ij. §. i. de hæred. uel
308. acti. uend. † nam in diuerſis hæreditatibus, ceſſat
ius accreſcendi, L. ſi ſub conditione, quibus mod.
uſusfruct. amitt. ubi dicitur, quod in diuerſis teſtamē
tis ius coniunctionis locum non habet: confirmatur
iſta concluſio. Nam uidemus in diuerſis rebus par-
ticularibus, & ſpeciebus non habere locum ius ac-
creſcendi, ut ſup. dictum fuit.

309. Secunda concluſio colligitur ex Bart. † quod
ubi ſit ſubſtitutio expreſſa, ceſſat ius accreſcendi: pro-
baturq; uiua ratione, & lege: Ratione. Nam ius ac-
creſcendi, ut ſæpius dictum eſt, dicitur quaſi ſubſtitu-
tio, d. §. Iulianus, ibi. Quaſi ſubſtitutus, & ſic apparet
310. tacite: ſubſtitutio uerò † cum ſit expreſſa, facit ceſ-
ſare tacitum, L. cum ex filio, §. i. ubi Bart. & DD. ſup.
de uulg. & pup. Bald. in L. in multis, de ſtat. homi.
Lege probatur, in L. unica, §. his ita C. de cad. toll.
ubi hoc colligitur.

311. Tertia ſit concluſio, † ſpem ſubſtitutionis non
tranſmitti ad hæredem, L. ſi ex pluribus, ſup. de ſu. &
leg. L. qui habebat, L. qui liberis, §. hæc uerba, ſup. de
uulg.

uulg.& pup.Nam ſcripti hæredes duntaxat reſpiciuntur & hi,quibus hæreditatis cõmodum defertur,ideo dominus,& pater non admittuntur,d.L. qui liberis, §.hæc uerba.Ratio eſt.Nam ſubſtitutio in forma ſpecifica adimplenda eſt,L.qui hæredi, L. Meuius,infr. de conditi.& demonſt.

Quarta ſit concluſio,Si ius accreſcendi eſt unitum cũ † ſubſtitutione, tũc ſubſtitutionis pupillaris ſpes 312.
tranſmittĩ ad hæredes,L.qui patri,ſup.de acquir.hæred.qui tex.ſingularis eſt, ut ibi Bart. dicit, & iſte tex. ſemper ad hoc in ore omniũ uerſatur,plura cõcedi ratione unionis, quæ aliàs denegarentur, facit ad hoc tex.noſter hic in uerbo,profertur, ubi apparet,quod quando duo uincula ſunt unita,potiora reputantur. Circa tex.in d.L.qui patri,plures exceptiones traduntur, ut ibi per DD. quas Crot.hic reaſſumit, uerum eas omitto, quia non reſpiciunt ius accreſcendi.

† Quinta quæſtio Bar.principalis eſt,An 313.
ut inter coniunctos legali cõiunctione,competat ius accreſcẽdi, cũ, uel ſine onere,ſecundũ caſuũ diuerſitatẽ,prout ſup.dictũ eſt, idẽ ſit dicendũ in hac coniunctione legali.Breuib.Bar.hic † cõcludit,quod portio 314.
deficiẽs accreſcat cũ onere,per d.L.ſi Titio et Meuio. §.Iulianus,cod.tit.lib.ij.ubi ſi unus ex uenientib.ab inteſtato,et ſic de legitimis hęred.decedat,portio accreſcit aliĳs legitimis hęredib. cũ onere:& licet forſan quis obĳcere poſſet illũ tex.nõ ꝓbare Bar. ſententiã,

315. † quia legitimi hæredes uenientes ab inteſtato, dicuntur uenire ex tacito teſtatoris iudicio, & ſic coniunctione hominis, ita Crot. hic animaduertit, & caſus eſt in L. conficiuntur, in prin. ſup. de iur. codicil. tamen reſpondetur, ut hic per Crot. attendi debere illud, quod principaliter eſt. Nam licet uenientes ab inteſtato, dicantur ſuccedere ex tacito teſtatoris iudi-
316. cio, d. L. conficiuntur, tamen debet attendi illud, † quod principaliter uenit. Nam ipſi uocantur à lege principaliter, licet ex tacito teſtatoris iudicio, & locũ habet regula uulgaris in L. ſi quis nec cauſam, Si cert. petat. Confirmatur iſta ſolutio alia ratione. Nam ius accreſcendi, ut ſæpe dictum eſt, prouenit ex teſtatoris tacito iudicio, d. §. Iulianus. Sed in accreſcendi prouenit principaliter ex lege, L. ex teſtamento, ſup. de uulg. & pup. & DD. latè dicunt in Rubr. C. quando non peten. par. ideò conſideranda eſt principaliter legis diſpoſitio. DD. in hac quæſtione inferunt ad plura, ſed breuitatis cauſa me ad illos remitto.

317. Sexta quæſtio principalis ponitur per Bart. † an ius accreſcendi locum habeat in actibus inter uiuos, & ſic in cõtractibus, ſicut in ultimis uoluntatibus, in quibus hactenus locuti ſumus; hanc eandem quæſtionem ponit idem Bart. in d. L. ſi mihi & Titio, de uerb. obliga. ubi DD. latiſsimè tradunt. Recentiores hic ponunt regulam ex doctrina Bart.

ut

ut in contractibus non habeat locum ius accreſcendi, per d.L.ſi mihi & Titio, ubi expreſsè probatur, q̄d portio deficiens non auget partem alterius in contractu ſtipulationis: Quę autem eſt ratio iſtius communis concluſionis, Comen. & qui eum ſequitur Beſutius in d.L. ſi mihi & Titio, ut ibi Iaſ. refert, dicebant, quia ius accreſcendi prouenit ex tacito teſtatoris iudicio, d.§. Iulianus, quę coniectura non admittitur in contractibus; licet illi nihil ad hoc adducant, eſt optimus tex. in L. ueteribus, de pact. L. quicquid aſtringendæ, de uerb. obligat. in quibus habetur, quod quicquid eſt omiſſum à partibus, pro omiſſo habet, nec lex aliquid ſupplet, ſicut in ultimis uoluntatibus, † licet DD. omnes hic, & in d. L. Si mihi 318.
& Titio, ponant hanc regulam, tamen nullo modo probatur. Nam tex. in d.L. ſi mihi & Titio, non mouetur ad ita dicendum, † ut in contractibus non ſit 319.
locus iuri accreſcendi. Sed aliam rationem addit I.C. quia ſtipulatio alteri extraneo facta, inutilis eſt, ut dicit ibi text. & ceſſat ratio legis. † Nam inuentę ſunt 320.
ſtipulationes, ut unusquiſq; quod ſua intereſt, ſtipuletur, cęterum ut alteri detur, mea non intereſt, ut in L. ſtipulatio iſta, §. alteri, de uer. obl. & §. ſi quis alij, in Inſtitut. de inuti. ſtipu. apparet ergo expreſſè, quod non propterea ibi eſt locus iuri accreſcendi, quod ſumus in contractibus, ſed quia ceſſat ratio legis, † qua 321.
ceſſante, ceſſare debet legis diſpoſitio, L. adigere §.

q̃uis,de iure patro. Secundo probatur tex. iſtum nõ probare, ad quod adducitur ab omnibus. Nam text. ibi loquitur in ſumma, ut expreſſe apparet ibi. In ſumma uerò, ut à principio dixi, non habet locum ius ac-
322. creſcendi, quia † in ſummis & quantitatibus nulla admittitur coniunctio, ut dixit Bart. ſup. in ſeptima oppoſitione, poſt Petr. Vltramontanum, & propterea apparet, quod ille text. alia ratione non probet hanc communem regulam, & DD. ponentes re-
323. gulam per d. L. Si mihi & Titio, † uidentur perperam intellexiſſe mentem Bart. qui in ſua doctrina hic non ſimpliciter hoc dicat per uiam regulæ, ut in contractibus ſimpliciter non ſit locus iuri accreſcendi, ſed hoc modo & diſtinctione, quando non intereſt concedentis, & ſic Bar. ſentit id quod dixi. Nam cum non intereſt concedentis, id eſt, ſtipulantis, ut acquiratur tertio, merito, ut dicit ibi tex. inutilis eſt ſtipulatio, nec partem auget, ergo conſiderandũ eſt in con-
324. tractibus ad hoc, ut habeat locum ius accreſcendi, † an interſit concedentis uel non, primo caſu ut Bart. hic dicit, eſt locus iuri accreſcendi, d. L. fundus ille, de contrah. emp. Secundo caſu non eſt locus iuri accreſcendi, d. L. ſi mihi, ex quibus apparet eũ cum diſtinctione locutum fuiſſe, atq; DD. indiſtinctè male dicere. Neq; etiam uidetur eſſe uera ratio differentiæ poſita per DD. licet probabilis uideatur. Nã, ut proximè dictum eſt, una cum Bart. & ipſimet DD. fatentur,

tentur, uidendum erit ſemper an interſit concedentis, uel non : ergo apparet, quod ratio differentiæ non eſt uniuerſalis, quia & in contractibus ſecundum ſubiectam materiam, & ſecundum plures caſus Bart. hic, eſt locus iuri accreſcendi: & ideo alia ratio tradi poſſet, quæ eſſet melior †, quod lex in ultimis 325. uoluntatibus non permittit, quod quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, L. ius noſtrum, de reg. iur. uel ut Imp. dicit in d. L. unica, §. his ita, C. de cad. toll. dum dicit abſurdum eſſe eiuſdem hæreditatis partem agnoſcere : partem uerò repudiare, quę ratio ceſſat in contractibus, & iſta ratio Imper. melior eſt, quam præcedens, ut præceptor meus optime probat in L. i. C. qñ non pet. part. ideo clarius in hac doctrina Bartol. dicere potes, ut colligantur concluſiones ex dictis ipſius, uti ipſemet diuerſimode diſtinguit. Prima ſit concluſio in uſufructu, † ut 326. indiſtinctè ſit locus iuri accreſcendo: adducit text. in L. i. §. interdum, de uſufructu accreſcendi, qui text. non uidetur probare intentionem Bartol. qui non loquitur in contractibus, ſed in ultimis uoluntatibus, tamen probat ille textus attendendo rationem generalem, quia uſusfr. quotidie conſtitui poteſt & amitti : quæ ratio locum habet, tam in contractibus, quam in ultimis uoluntatibus. † Secunda ſit, ſi ſumus 327. in indiuiduis locū habet ius acccreſcendi, ſeu melius

ius non

ius non decreſcendi L. proprium, communia prꝗd. quod mihi magis placet, ut Bart. dicit, ut ſit locus iuri non decreſcendi. Nam qñ ſumus in ſeruitutibus, quę
328. † ſui natura indiuiduæ ſunt, L. 2. §. ex his L. ſtipulationes non diuiduntur, in prin. de uer. obl. tunc omnes in ſolidum uocantur, & hoc non tantū debet reſtringi ad ſeruitutes, uerum procedit in omnibus iuribus,
329. quę † ſunt indiuidua, ut Iaſ. dicit in d. L. ſi mihi et Titio, in 2. limitat. ad hoc facit opt. gloſ. in c. i. de fratr. de nou. bene. inueſ. ubi ponit duo exempla. Bald. uerò
330. ibi ponit alia adhuc, † quando in feudum concederetur ius piſcandi, uel ius colligendi pedagia. Nam tunc haberet locum d. L. proprium, niſi forſan ius piſcandi reſtrictum eſſet ad aliquem angulum fluminis; quia tunc pro re diuidua haberetur, prout in iſtis terminis loquitur tex. in L. ſi quiſquam, de diuer. & temp. præſcrip. licet in contrarium ſit text. ex diametro, in L. fin. de uſucap. pro quorum iurium concordia, DD. laborant: in quibus conciliandis remitto me ad Dec. in conſ. 221. In caſu tranſmiſſo mihi ex Hiſpania, num. 11. & 14. lib. 2. & poteſtis exemplum in genere ponere, in omni feudo indiuiduo: quia tunc ius non decreſcendi habet locum, ut Ioha. Andr. hanc quæſtionem diſputando concludit in addi. ad Specu. in Rubr. de feud. prout Iaſ. quoq; dicit in d. L. ſi mihi & Titio.

331. † Tertia ſit concluſio, ut in quantitatibus non ſit locus

locus iuri accreſcendi, eo quod cum in quantitatibus non datur coniunctio hominis, ideo nõ poteſt conſiderari ius accreſcendi, ut Bart. uult in prin. L. noſtræ, poſt Petrum & alios & colligitur ex intellectu noſtro ad d. L. Si mihi & Titio.

† Quarta concluſio colligitur, quod ſi ſumus, in indiuiduis & conceſsione principis, tunc indiſtinctè locum habet ius accreſcẽdi, & hoc ſpeciale eſt, ut patet in L. i. C. Si imp. libera. ſoci. ſine hæred. diſceſ. lib. x. de quo ſup. Ex cuius Bart. dictis colligitur † unum, de quo ſup. quod omnes principes poſt Cæſarem iudicantur inferiores, & in eorũ conceſsionibus nõ procederet tex. in d. L. i. C. Si imp. lib. ſoc. 332. 333.

Et ad hoc faciũt ea quæ aliàs adducebã in L. Aquilius Regulus, de donat. quod cum à lege aliqua aliquod ſpeciale conceditur in perſona Principis, ueluti Cæſaris & Pontificis, qui duntaxat ſunt ſupremi Principes, tum diſpoſitio talis non trahatur ad inferiores principes. Et hinc eſt quod donatio facta à principe excipitur à lege, ut etiam ſine inſinuatione ualeat, ut patet in L. Sancim⁹, §. Exceptis, C. de donat.

Quinta ſit, ut ſi ſumus in diuiduis, & interſit concedentis, ut tunc etiam in contractibus ſit † locus iuri accreſcendi. per L. fundus ille, cum ibi not. per glo. in uerb. pertinere, de contrah. empt. Nam ibi dicitur, intererat uenditoris totũ fundum uendere, & non partem, & ſic totũ preciũ recipere, ideo uenditio 334.

f in totum

in totũ accreſcit uni, quando uenditio facta eſt duo- bus. Sed in hac concluſione Bart. alio modo & cla- rius dicerem per uiam regulæ, ut Bald. poſt Cyn. ani-
335. maduertit in L. fina. C. de inuti. ſtipul. † Quod aut ſumus in contractibus bonæ fidei ultro citroq; ob- ligatorijs, tunc locum habet ius accreſcendi, hoc mo- do procedat, d. L. fundus ille: hanc declarationem ad- mittit Alex. in d. L. ſi mihi & Titio, & Iaſ. quoq; ibi in octaua limitatione dicit.

336. † Sexta & ultima cõcluſio ſit, ut ſi nõ intereſt ſti- pulantis, tunc non habeat locũ ius accreſcendi, & ita procedat tex. per Bart. adductus in d. L. Si mihi & Ti- tio, in prin. ubi ſtipulatio facta extraneo nõ ualet, qa ut dictũ eſt, lex non permittit alteri ſtipulari per ra- tionem d. §. alteri. Iſta ultima concluſio iuxta dictã per Bal. in d. L. fin. C. de inutil. ſtipul. clarius ſic poni
337. poteſt, † quod ſi ſumus in cõtractib. lucratiuis, ue- luti ſtipulationib. tunc ſemper ceſſet ius accreſcendi, & hoc modo procedat tex. in d. L. ſi mihi & Titio. Nam in prædictis cõtractib. lucratiuis regulariter nõ intereſt cõcedentis, id eſt, ſtipulantis, propterea ſi in- tereſſet ſtipulantis etiam in illis cõtractibus locus eſt iuri accreſcendi, à ceſſante ratione, quod eſt ualidũ argumentũ in iure noſtro. Per prædicta infert Bart. hic ad quæſtionẽ utiliſsimã & quotidianã. Conceſſa fuit res in emphyteuſim duob. fratrib. prout concedi
338. ſolet ſiue ad tertiã generationẽ, ſiue † perpetuo ad

ſobolem

ſobolem maſculinã, ſeu fœmininã, unus ex dictis fra-
tribus deceſsit ſine deſcendentibus, an tunc portio
debeat accreſcere fratri ſuperſtiti. Bar. hic poſt DD.
antiquos hanc quæſtionẽ tangit, ſed non decidit, &
remittit ſe ad ea, quæ latè dicit in d. L. ſi mihi & Titio,
ubi tres caſus diſtinguit, ut ibi per eum. In hac tamen
quæſtione contra Bart. tenent Cyn. Iacob. ab Are.
in L. fin. C. de inuti. ſtipul. & Bald. ibi idẽ ſentit, quod
quando ſumus in contractibus ultro citroq; obliga-
torijs, tunc ſit locus iuri accreſcendi, per d. L. fundus
ille, de cõtrah. empt. quod probatur. Nam in † con- 339.
tractu emphyteutico naſcitur utro citroq; obligatio
tam ex parte dantis, quã ex parte recipientis, ſicut in
locato, L. ex coniuncto, in prin. L. ſi merces, in prin.
locat. & ut notiſsimi iuris eſt, contractus emphyteu-
ticus proxim^9 eſt locationi. † Sed nõ eſt recedendũ 340.
à ſententia Bar. quia obiectio facta à Bar. & DD. hic
recipitur, ſi penſio æquiualens annua ſit ſoluenda:
tunc enim Bart. fatetur locum eſſe iuri accreſcendi,
& habere locum rationem d. L. fundus ille: quia
intereſt domini, ut res integra ſit apud unum, & non
pro indiuiſo, ut deberet habere partẽ rei conceſſę in
emphyteuſim, & partẽ canonis, & hoc modo inter-
eſſet cõcedentis, d. L. fundus ille, cũ ibi not. Et ex prę-
dictis erit prima limitatio ad dicta Bart. hic. Secunda
limitatio ſit, † ut per Specula. in titulo, de locato, 341.

quando adiectum eſſet in conceſsione, ut poſt obitũ omniũ res reuertatur ad dominũ concedentẽ, & nõ prius: quia alter alteri præmorienti ſuccederet, arg. L. penul. C. de impub. & al. ſubſti. Sal. ſic dixit in L. ij. in ij. quæſtione. C. de iur. emphyt. Caſt. in conſ. 157. Viſo puncto. Rom. in conſ. 19 .aliàs 18. In caſu quæſtionis. Alex. ſequitur hanc limitationem in d. L. ſi mihi & Titio, et in pluribus conſilijs tenet, ut in conſ. 202. cõſ. 136. Viſo & examinato proceſſu. lib. i. Caſt. in conſ. 185. Viſo & examinato. Iaſ. in d. L. Si mihi & Titio, & iſta limitatio caret difficultate, licet Crot. hic conetur eam oppugnare per nonnulla. Nam iſto caſu ſumus in claris, quando huiuſmodi uerba adiecta ſunt in conceſsione emphyteuſis, & in claris non eſt opus coniecturis, L. cõtinuus, §. cum ita, de uerb. oblig. optimus tex. in genere, in c. i. de frat. de no. bene inueſ. dum dicitur, Niſi actum fuerit in tenore inueſtituræ. Iſta limitatio extendi poteſt, prout apparebit ex infra dicendis, ut ubicunq; per uerba æquipollentia conſtaret, quod unus alteri ſuccedere debeat, prædicta procedere poſsint.

342. † Tertia limitatio eſt, quando conceſsio facta eſſet in ſolidum, propter uerbum illud, in ſolidum, eſt locus iuri accreſcendi, Bald. ita in c. i. §. filia, de ſucceſsione feudorum, idem Bald. in L. unica, col. antepen. C. quando non peten. par. Anch. in conſ. 246. duo prima dubia, Crot. quoq; hic ſequitur.

† Iſta

† Iſta concluſio licet indifferenter accipiatur à Do- 343.
ctoribus, tamen dicendum eſt iſto caſu nullo modo locum eſſe iuri accreſcendi, cũ hoc caſu dicantur coniuncti. Nam ita demum datur realis cõiunctio, quando plures uocantur ab initio à teſtatore in ſolidum, ſed concurſu fiunt partes, ut in L. i. §. Neratius, de uſufr. accreſc. & §. ſi eadem res, Inſtit. de lega. uerum iſto caſu res non diuiduntur, ſed in ſolidum quis habet, quando expreſſe dictum eſt, in ſolidum. Ideoque Bart. in d. L. Re coniuncti, in pr. dicit, quod unus habebit rem, alter æſtimationem L. Si pluribus, de leg. i. Et ſic perinde eſt, ac ſi in diuerſis rebus eſſent uocati, quo caſu nullo modo conſiderari poteſt ius accreſcendi. Non aliter procedere poteſt quæſtio prædicta, & DD. ſententia, niſi quia ſi non erit coniunctio realis, erit tamen uerbalis, cum dico, Titio & Sempronio do rem in emphyteuſin, uel in feudum; quo caſu conſideratur ius accreſcendi. Quarto limitatur,
† ſi dictum fuit, utriuſq; nomine, Bald. in d. L. unica, 344.
C. quando non pet. part. & ibi Bal. in 12. quęſt. pro qua, ut dictum eſt, locum habet tex. in d. c. i. & in ſpecie eſt caſus in c. i. de bene. frat. in fine. † Quinto 345.
limitatur, quando facta fuiſſet conceſsio duobus fratribus, uſque ad tertiam generationem, deinde rurſus duobus fratribus, tũc eſſet locus iuri accreſcendi, ita Bar. in d. L. ſi mihi & Titio, & ratio eſt, quia tunc non dicitur noua prouiſio, ſeu conceſsio, ſed

 antiqua

antiqua & paterna, adhoc faciunt notata per Bart. & alios in L. quod dicitur, ſup. de imp. in reb.dot. fact. In quibus locis dicitur, quod ſi dominus remitteret uaſallo feloniam perpetratam, & concederet feudum de nouo, tunc dicatur feudũ antiquum, & non nouum, adeo ut in eo ſuccederent tranſuerſales, qui alias non eſſent ſucceſſuri, quia eſſent incapaces, c. i. §. i. qui feudum dar. poſſ. facit text. in d. c. i. de fratr. de no. bene. inueſ. ubi apparet in antiquo feudo locum habere ius accreſcendi; placet tamen mihi modificatio facta per Bald. in c. Imperialem, §. i. col. 4.
346. de prohibit. feud. alien. per Freder. † uidelicet niſi in hac conceſsione noua immutaretur aliqua qualitas feudi, uidelicet ſi fierent nouæ conuentiones, & pacta inter dominum, & uaſallum, uel inter emphyteutam; Crot. hic quoque pertranſit. Nam qualitatis immutatio induceret diuerſitatem feudi, ut non
347. diceretur antiquum, ſed nouum. † Sexta limitatio eſſet, ſi dictum foret in conceſsione, poſt amborum obitũ poſſeſsio pleno iure reuertatur ad dominum: quia tunc quoq; locus eſſet iuri accreſcendi, Panor. in conſi. 130. factum contingens in his conſiſtit. Iaſ. in d. L. ſi mihi & Titio, dubitare uidetur de hac limitatione, per L. fina. §. filium, uerſ. uiuentes, & in uerb. ut uos, & L. Lucius, §. Caio. in uerb. Poſt obitum ueſtrum, inf. ad Trebellia. per quæ uerba, in dictis iuribus non inducitur ius accreſcendi, ad illa

uero

uero iura ipſemet Iaſ. reſpondet, & bene, quod in illis iuribus non erat ratio uniuerſalis, poſt mortem omnium uel amborum, quod idem eſt. Iſta reſponſio eſt Abb. in d. conſil. 103.

† Septima eſſet, ſi eſſemus in indiuiduis, quia eſſet conceſſum aliquod ius emphyteutæ indiuiduum, ueluti ſeruitus aliqua, ad hoc facit doctrina Bartol. in L. proprium, communia prædio. faci. not. per Iacob. de Beluiſ. Bald. Iſer. in d.c. i. de fratr. de no. bene. inueſ. ubi dicunt in feudis dignitatum, cum ſint indiuiduæ, erit locus iuri accreſcendi, exemplum in regno, ducatu & ſimilibus dignitatibus, ita Alexan. eleganter dixit in conſ. 30. Quoniã omne bonum, & Crot. ſequitur hic, & licet Crot. hic non dicat, eſt gloſ. ſæpius adducta, in d. c. i. de fratr. de no. benef. inueſ. quę loquitur in ſeruitutibus, Bald. ibi extendendo dixit, ſi eſſet conceſſum ius piſcandi, uel pedagia colligendi, uel quid ſimile. † Octaua limitatio eſt, ſi emphyteuſis conceſſa fuiſſet à principe, per d. L. unicam, C. ſi liber. Imper. ſoc. lib. 10. quia ſicut ibi in donatione Cęſaris hoc ſpeciale eſt, eodem modo in qualibet alia conceſsione: ad hoc faciunt ea, quę DD. inferunt per illum text. ad feudum conceſſum à ſupremo principe, ut licet ſit nouum, tamen locum habeat ius accreſcendi, & hoc ſecundum DD. communem ſententiam. 348. 349.

Nona

350. † Non a erit limitatio, quę non habet dubium, qñ expreſſè reperiretur cautũ in inueſtitura, aut alternatiue dictum eſſet, ut alter alteri ſuccedat, ut in genere ſentit tex. in d. c. i. de frat. de no. beneſ. inueſt.

351. † Secundus caſus eſt, ut ſi res aliqua conceſſa fuiſſet in emphyteuſim duobus fratribus, & dictum fuiſſet: Titio & Seio fratri concedimus, qui Seius eſſet abſens, ex quo ab initio in totum eius nomine ſtipulatio non ualebat, uti extraneo facta, d. L. ſi mihi & Titio, L. ſtipulatio iſta, §. alteri, de uerb. obli. §. alteri, Inſt. de inuti. ſtipul. ſequebatur ut ex cauſa lucratiua non ualuiſſet, ueluti ſi modica eſſet ſolutio in recognitionis potius ſignum, quia non potuiſſet ualere in perſona abſentis extranei, ideo non poteſt augere partem ſtipulantis, d. L. ſi mihi & Titio, ſecus ſi ex cauſa oneroſa, quia penſio annua non erat modica: nam tunc cum proueniſſet ex cauſa oneroſa, locũ haberet L. fundus ille, ut proximè dictum eſt. Circa iſtum ſecundum caſum ex dictis Bar. colligitur differentiam eſſe, an res emphyteutica ſit antiqua uel noua, ut ſup. dictum eſt. Nam ſi fuerit antiqua, † habet
352. locum ius accreſcendi. Si uerò noua, nullo modo, d. c. i. de fratr. de nou. bene. inueſt. intelligendo text. illum ſecundum Rub. arg. L. Imperatores, de in diem addict: clarius apparet in c. i. §. fin. de ſucceſ. feud. ubi expreſsè facit differentiam, inter feudum nouum & antiqum, quantũ ad ius accreſcendi, ita ut ſi in nouo feudo

ſeudo non dictum fuerit, ut alteri ſuccedat, non habeat locum ius accreſcendi.

† In tertio caſu, Bart. concludit, quod ſi ita conceſsio facta fuiſſet: Concedo tibi & recipienti nomine fratris tui, ut tunc ab initio ualeat in totum, & ideo ſi portio deficiat, tunc reuertatur ad dominum, & non accreſcat alteri, adducit text. in L. fundum mihi cum uenderes, de actio. empt. qui tex. induci debet in argumentum: dicit tamen Bart. niſi actum fuerit, ut alter alteri ſuccedat, & adducit tex. in d.c.i. de frat. de no. bene. inueſt. clarius loquitur in d.c.i. de ſucceſſ. feud. Ex dictis Bart. colligitur ſingularis limitatio in d. L. ſi mihi & Titio, & ad regulam illam d. L. ſtipulatio iſta, §. alteri, † ut regula illa non procedat, quando quis ſtipularetur alteri, nomine tamen illius abſentis, per glo. ſingularem in L. huiuſmodi, in prin. eod. tit. lib. i. in uerbo Legatum, in tertia ſolutione, ita DD. communiter in d. §. alteri, ut licet quis alteri non poſsit ſtipulari, tamen † ſi nomine extranei abſentis fiat ſtipulatio, ualeat, & Notariorum ſtylus communis eſt, ut dicant in inſtrumentis,, Mihi Notario ſtipulanti & recipienti nomine talis. Non omitto ultra DD. hic licet omnes pertranſeant indifferenter cum dictis Bart. quod tamen ſalua eorum authoritate, prædicta non uidentur procedere, circa prædictas diſtinctiones

353. 354. 355.

ſtinctiones poſitas per Bart. & DD. dum diſtinguunt, An res ſit conceſſa præſentibus partibus uel abſentibus, nam dicendum uidetur, quod nullo modo facienda ſit hæc diſtinctio: nam ualidum eſt ar-
356. gumentum, † de emphyteuſi ad feudum, & è contra, Iaſ. & alij latè in L. i. C. de iur. emphyt. Sed in feudis non eſt differentia, an acquirat ſibi uel fratri, abſenti uel præſenti: in hoc uidetur errare DD. & quod argumentum ualeat in terminis noſtris, hoc expreſſè colligitur ex dictis ipſius Bart. in d. L. ſi mihi & Titio, dum adducit pro ipſius ſententia tex. in c. i. de frat. de no. bene. inueſ. & ſic ipſemet arguere uidet de feudo ad emphyteuſim: quod autē uerum ſit in feudis non eſſe differentiam, an quis præſenti uel abſenti extraneo ſtipuletur, hoc dicunt Bald. Sal. in L. fin. C. res int. ali. acta. idem uult Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. de confeſ. §. nunc uidendū, uerſ. Quid ſi cōfiteor. Ang. in L. certum, §. ſi quis abſente, de confeſ. plures ſunt qui idem dicunt, pro quorū ſententia plura iura uidētur eſſe. Primo eſt tex. in c. i. de duo. frat. de no. bene. inueſ. & c. fin. de duob. fratr. à capi. inueſ. c. i. §. cum uerò Corradus, de his qui feud. dare poſs. c. ij. de feud. Marchi. c. i. §. fin. de ſucceſs. feud. In quibus iuribus expreſſè probatur, fratrem poſſe ſtipulari, pro fratribus abſentibus, ſeu præſentibus, cū iura ibi non diſtinguant, an fratres ſint abſentes, uel præſentes: ſi
teneres

teneres reſponſionem Caſt. in conſ. 154. Alex. ſeq. in conſ. 10. lib. 5. Ponderatis his, quæ in themate &c. ut prædicta iura loquantur, quando feudum fuit acquiſitum ex propria omnium conuentione, non autem ex alterius prouiſione: ſequitur quoque Iaſ. in d. L. ſtipulatio iſta, §. alteri, in 3. limit. ubi dicit hanc fuiſſe mentem Bart. in d. L. ſi mihi & Titio, omnes fratres fuiſſe præſentes, & hoc modo intelligenda eſſe dicta iura. Mouetur hac ratione, † quod cauſæ feudales ſi non expreſſe ſunt deciſæ in uſibus feudorum, debent decidi ſecundum ius commune, & à iure communi interpretationem recipere. c. i. & ibi glo. Bald. & D D. de ſucceſ. fratr. quam glo. ibi Bald. ſingularem reputat, ad idem glo. nota. in c. i. de feud. cogni. idem Bald. dicit in L. ij. C. de ſu. & legit. L. cum oportet, C. de lib. præter. ad hoc ut quis poſsit recedere à iure cõmuni, debet eſſe expreſſe deciſum iuribus feudorũ, ideo cũ reperit̃ deciſum in iure cõmuni, ſtandũ erit regulæ iuris cõmunis, d. §. alteri, de uerb. oblig. Parcant mihi prædicti D D. placet mihi ut d. §. alteri, regula limitetur, quia iura ſunt expreſſa in dictis locis, cum præſupponant dictas conuentiones ualere, & de præſentia partium nullum uerbum. Sed præſentia & abſentia cum ſint facti, non præſumuntur, L. in bello. §. factæ, de 357.

capt. & poſt. rc. L. ſciendum, de uerb. obliga. & ſolennitas extrinſeca non præſumitur, L. quæcunque in fi. de Publici. Propterea cum ſit expreſſe deciſum in iure feudorum, non uiolando illa iura generaliter & indiſtincte loquentia, regula d. §. alteri, debet limitari, & hoc modo ceſſat ratio Iaſ. & aliorum. In ſpecie hoc uult clariſs. I. C. & ſummus practicus Franciſ. Curt. ſenior conſulendo, ut regula d. §.
358. † alteri non procedat in feudis, ut patet in conſ. 49. col. 22. & 23. ubi dicit iſtam ſententiam eſſe cõmunem & receptam, & quod eam cõſuetudo obſeruat, & ſæpius uidi fratres pro ſe & fratribus ſuis præſentibus & abſentibus à principibus obtinere feuda. Sed conſilium eſſet ad omnia tollenda, ut Notarius, ſeu Cancellarius dicant, pro tali abſente, & nomine eius recipiente. Itẽ notandũ, quod præſuppoſita diſtinctione Bart. pro uera in d. L. ſi mihi, & Titio, ut diſtinguatur, an duobus fratrib. præſentibus, uel abſentibus conceſsio facta fuerit, tamen quantũ ad ius accreſcendi, nulla eſt differentia, ut locũ non habeat: fundamentum eſt, quia eſt noua conceſsio, ſicut dicitur in feudo nouo. d. c. de fratr. de no. bene. inueſt.
359. tamen † ſi pater recepiſſet rẽ aliquã in emphyteuſim pro ſe & filijs, & unus eorũ deficiat, erit locus iuri accreſcẽdi, & ita limitat tex. in d. c. i. de frat. de no. bene. inueſ. ſentit hoc Bar. ibi, qa tũc eſſet paterna cõceſsio: clarius

clarius dicit Decius in d. conſ.263. In contractu emi phyteutico, col. 2. uerſ. Non obſtat, lib. 2.

Circa ſecundam partem, de coniunctione legali, Bart. hic plures diſtinctiones ponit. Quamuis Iaſ. & alij recentiores hic pertranſeant, dicentes nihil adden dum eſſe dictis Bart. tamen ad declarandum doctri nam ipſius, nonnullæ concluſiones colligi poſſunt, & antequam deueniam ad illas, uidetur indiſtinctè ius accreſcendi locum habere in coniunctione lega li, † quia legis coniunctio æquiparatur ultimis uo luntatibus, §. diſponat, in auth. de Nup. Item quia 360.
uidetur ceſſare ratio differentię, de qua ſup. inter con tractus & ultimas uoluntates. Nam lex in ſua proui ſione poteſt plura ſupplere, quam in contractibus & diſpoſitionibus hominum. Nam in diſpoſitione le gis, ceſſat ratio d. L. ueteribus, d. L. quicquid aſtrin gendæ, ſecundum Bart. hic & ibi. Ex cuius dictis pri ma concluſio colligitur, † quod quando unus ſeruus 361.
plurium dominorum, quibus poteſt per ſuam ſtipu lationem acquirere, & ab initio eſt ualida, d. L. ſtipu latio iſta, §. alteri, ſi unus eorum dominorum repu diaſſet portionem ſuam, uel aliquo modo ex poſt fa cto ceſſaret, tunc non eſſet locus iuri accreſcendi, ad ducitur text. in argumentum à fortiori in L. & Pro culo, ſup. de leg. i. Nam ſi in ultimis uoluntatibus, ut ibi dicitur, locum non habet ius accreſcendi, minus

in contractibus. Ex cuius dicto apparet, ut dici ſolet, fauorabiliores res eſſe in ultimis uoluntatibus, quam
362. in contractibus. † Nam in teſtamentis, ut in L. in teſtamentis, de reg. iur. lex fauorabilior eſt: & uerba in contractibus ſtrictè, in teſtamentis latius, in beneficijs latiſsimè accipiuntur, c. dilecti. ext. de donatio.
363. † Secunda cōcluſio fuerit, etſi ab initio ſtipulatio in perſona unius ex dominis eſſet inualida, tamen ꝓpter retentionem eſſet ualida, exemplum ponit, quia forſan promiſit uel donauit rem, quę pro parte ex ſtipulatione ſerui prouenit, tunc non habet locum ius accreſcendi, L. perinde, §. ſi ſeruus communis, de ſtipulatio. ſeruor. ſecus ſi fuit inualida per uiam retentionis. Ex prædictis inferri poſſet ad nonnullas
364. quæſtiones, † & primo, An ſi quis habuerit plura bona in diuerſis territorijs, & perpetraret delictum propter quod bona ſunt publicanda, ſi unus fiſcus repudiaret, an accreſcat alteri? Bald. & Imol. hoc tangentes uolunt in L. ex facto, la grande, ſup. de hæredibus inſtituen. locum non eſſe iuri accreſcendi, duplici ratione, quia fiſcus non eſt hæres, L. quoties, in fine L. nouatio, de nouation. Secundo per dictum Bart. in Rub. de acquir. hær. alia ſunt bona, alia eſt hæreditas. Tertio dici poſſet, quia licet fiſcus eſſet hæres: tamen ex diuerſis cauſis fieret acquiſitio, & ideo ſicut in diuerſis teſtamentis, & hæreditatibus

bus non eſt locus iuri accreſcendi, ita eodem modo in caſu iſto.

Secundo infertur ad quæſtionem poſitam per Iaſ. † Conceſſa erat poteſtas duobus coquendi panes 365. in furno alicuius, qualibet ſeptimana certas menſuras, an ſi unus eorum moreretur, portio accreſceret alteri? circa hanc poteſtatem Bald. qui mouet hanc quæſtionem in L. unica §. ubi autem, C. de cad. toll. argumentatur quod ſic. Nam cum prædicti eſſent re & uerbis coniuncti, inter quos locum habet ius non decreſcendi, tunc locum habet ius accreſcendi, etiam in contractibus. Contrarium decidit Bald. quia cum ſimus poſt portionem alteri quæſitam, ceſſat ius accreſcendi, nec eſt locus iuri non decreſcendi: ita ſequitur Iaſ. hic, placet mihi deciſio Bald. Sed ratio nõ adeo uidetur procedere, quia fatetur unum, quod eſt falſum: nec enim ius non decreſcendi locum habet, poſt portionem ſemel quæſitam, d. L. i. §. interdum, de uſuf. accreſ. † Contra hanc deciſionem ob- 366. ſtant, & urgent quædam tam fortiter, ut uix defendi poſsint, de quibus Bald. in prædicta quæſtione. Nam in caſu iſto certum eſt, quod ſumus in ſeruitute quadam. Poteſtas enim illa, de qua ſupra nihil continet, quam ſeruitutem, quæ ſui natura indiuidua eſt, & non ſolum realis, uerum etiam perſonalis: ſolum uſufructus eſt diuiduus, ut Bar. & DD. omnes dicunt,

in L.

in L. ſtipulationes non diuiduntur, de uerb. oblig. Sed in indiuiduis Barto. & omnes DD. fatentur locum eſſe iuri accreſcendi, per d. L. proprium, Commu. prædior.
367. † Conſiderabam an defendi poſsit deciſio Bald. quod licet ſimus in ſeruitutibus, & ſic in indiuiduis, tamen commoditas omnium ſeruitutum in ſe eſt diuidua: exemplũ eſt in ſeruitute aquę ducendæ, quę licet ſit indiuidua, tamen commoditas aquæ ducendæ pro tempore, & menſuris, dicitur diuidua, L. Lucio, cum L. ſequ. de aqua quoti. & æſti. L. arbor. §. fina. Com. diuid. Sed iſta ſolutio non tollit fundamentum noſtrum. Nam ſi hoc modo dicimus, ergo omnes ſeruitutes habita ratione commoditatis ſunt diuiduæ, & d. L. proprium, nunquam haberet locum. Vltimò conſiderabam, an defendi poſsit, ſi dicamus, ſicut Iaſ. & Bald. ſentiunt: quia iam portio erat ſemel alteri quæſita, ideo in quocunq; caſu non poteſt conſiderari ius accreſcendi, ut prædicta procedant ante portionem quęſitam, nec alio modo defendi poteſt Bald.
368. † Doctrinam Bald. limitarem, ſi intereſſet domini furnũ locantis pro tot menſuris, ut portio alteri accreſceret; quia tunc locum habet ius accreſcendi etiam in contractibus, & hoc non negarent Bald. & Iaſ. per dictum Bart. ſup. adductum in conceſsione facta duobus fratribus, ut portio accreſcat etiam in contractibus, per d. L. fundus ille, de contrah.

trahen.empt.ut Bart.ibi dicit de cõtractu emphyteu‑ tico,quod ſi domini intereſſet, quia pro maxima pen ſione ſingulis annis conceſsio facta fuiſſet, tunc ha‑ bet locum ius accreſcendi, ex ueriſimili mente Bald.
† Vltimo quærit Bart. an ius accreſcendi locum ha‑ beat in mortis cauſa donatione: quam quæſtionem 369.
diſputat in utramq; partem,adducitq;. glo. in L.ij.in uerb.Legatũ,infr.de dot. præleg. pro negatiua par‑ te, dum dicit glo. donationem cauſa mortis acce‑ dere ad naturã cõtractus magis, quã ultimæ uolun‑ tatis. Contrarium decidit Bart. hic habere locum in donatione cauſa mortis, ſicut in legato,& aliarũ ul‑ timarum uoluntatum ſpeciebus: de hoc eſſe caſum dicit,in L.i.§.hæc autem.C.de cad.toll.quem tex.hoc modo inducit.Imp.in d.§.dicit omnia,quæ ſup.dicta ſunt,locum habere in ultimis uoluntatibus, & do‑ natione cauſa mortis. Sed in præcedentibus in tota illa conſtitutione facit mentionem iuris accreſcendi, ergo ſequitur,quod ſicut in ultimis uoluntatibus ius accreſcendi habet locum, ita etiam in donatione cauſa mortis, dum dicit. Omnia quæ dicta ſunt &c. & illi textui DD. omnes dicunt,ſimilem non habe‑ ri, quantum ad deciſionem Bart.quam DD. omnes ſequũtur,ut patet per Imol.Alex.& alios in L. ij.eod. tit.lib.i.Bal.in L.unica,in ultima quęſtione,C. quan‑ do non pet.par. pe. idẽ in d.§.fin. admiratur Bar.hic

hanc quæſtionē propoſuiſſe, cū caſus legis ſit, ut etiā
3>0. dicit ibi Corn. † Licet omnes ſic pertranſeāt, ut tamen magis appareat ueritas iſtius concluſionis, aliqua in contrariū adduci poſſunt. Nam ſi conſideratur donatio cauſa mortis, quando in eſſe deducitur,
3>1. æquiparatur † magis contractui, quam ultimæ uoluntati, patet in L. inter mortis, de donat. cauſ. mort. In contractibus autem non habet locum ius accreſcendi, ut ſup. dictū eſt: iſtud argumentū eſt Bar. hic, cui non reſpondet, propterea nonnulli dicunt Bart. hic hanc quæſtionem indeciſam reliquiſſe, quod eſt falſum, cum dicat pro hac ſententiam eſſe caſum in d. §. fi. & ſic expreſſè decidit: idem ſentit Crot. hic & ultra ipſum facit quoq;, quod donatio cauſa mortis participare uideť de contractu magis, quā de ultimis uoluntatibus, ideo iudicāda eſt, donatio cauſa mor-
3>2. tis, uti cōtractus, & nō uti ultima uoluntas. † Nam ſemper actus iudicatur ab ea parte, quæ magis præualet, arg. L. quæritur, de ſtat. homi. & quod participet magis de contractu, probatur primo in L. tam is, §. i. de donati. cau. mort. ubi filiusfamilias in patria
3>3. poteſtate cōſtitutus † poteſt donare cauſa mortis permittente patre, quod non poſſet ſi iudicaretur uti ultima uoluntas, quæ nō depēdet ex alieno arbitrio, L. illa inſtitutio, L. illæ inſtitutiones, L. captatorias, de hær. inſtit. Secūdo probať.
3>4. † Nā in donatione cauſa

mortis,

mortis, non requiruntur tria tempora ad actus uali-
ditatem, ut patet in L. in mortis, de dona. cauſa mor-
tis, ſecus in ultimis uoluntatibus. Inſtit. de hæred.
qual. & diff. §. in extraneo. Tertio accedit. † Nam 375.
ultima uoluntas, eſt ambulatoria uſq; ad uitæ exi-
tum, L. 4. infr. de adim. leg. c. cum Marte, extra de ce-
leb. miſs. tamen † donatio cauſa mortis ſi fiat à præ- 376.
ſente præſenti, eſt irreuocabilis, L. ubi ita donatur,
de donat. cauſa mortis, & contractuum natura hæc
eſt, † quod licet ab initio ſint uoluntarij, ex poſt 377.
facto tamen ſunt neceſſarij, L. ſicut C. de actio. &
oblig. † Nam adultus habens curatorem, abſq; il- 378.
lius licentia poteſt teſtari, L. Aurelius, §. Caius, de lib.
leg. & tamen non poteſt donare cauſa mortis. Bald.
in c. i. §. item ſacramenta, de pac. iuram. firm. † quia 379.
donare cauſa mortis eſt alienare. Bar. in L. filiusfa-
milias, de donatio, & plura ad hoc adduci poſſunt,
quibus tamen non obſtantibus, non eſt receden-
dum à Bart. concluſione, prout latiſsime dixi in
L. ij. ſup. eo. tit. lib. i. Nam licet in multis caſibus par-
ticipet donatio cauſa mortis de contractus natura,
tamen in caſu iſto, cum agatur de iure accreſcendi,
quærendum eſt magis de effectibus ipſius dona-
tionis cauſa mortis, quam de ipſius natura & eſſen-
tia. Sed quoad effectus iuris, † Donatio cauſa 380.
mortis connumeratur inter ultimas uoluntates,

& non contractus, L. fin. C. de donatio cau. mor. ubi Imper. refert I. C. antiquorum dubitationem, an habeat naturam contractus, uel ultimæ uoluntatis, ubi decidendo dixit, ut quoad omnes effectus, æquiparetur ultimis uoluntatibus: ergo apparet ibi tex. expreſſe dicere, donationem cauſa mortis, quoad effectus, haberi pro ultima uoluntate, & notandum eſt ſingulariter & nouiter, quod eſt tex. ibi pro ſententia Bart. de iure accreſcendi, licet DD. dicant nõ eſſe alium caſum in iure noſtro, quã §. fin. C. de cad. toll. Immo tex. ibi forſan melius probat, quam tex. adductus, dum Imp. dicit. Omnes effectus habeat &c. dũ
381. † ergo dicit omnes, nihil excludit, L. Iulianus, ſup. eod. tit. lib. i. Sed cum ius accreſcendi eſt præcipuus effectus ultimarum uoluntatum, apparet per illum tex. in donatione cauſa mortis, locum eſſe iuri accreſcendi: & in ſpecie probando, quod donatio cauſa mortis, quoad effectus, habet magis naturam ultimæ
382. uoluntatis, quã contractus, apparet primo, † quia in cõtractibus duo teſtes requirũntur, L. ubi numerus,
383. de teſtib. † in donatione cauſa mortis requirantur quinq; d. L. fin. C. de donat. cau. mor. L. fin. C. de
384. codicil. probat: † Secũdo in donatione cauſa mortis, habet locũ Falcidia, ſicut in legatis d. L. ubi ita do-
385. nat, ſecus in cõtractib. † Tertio, in donatione cauſa mortis, nõ requirit inſinuatio, d. L. fi. C. de donatio. cauſa

cau.mor.ſecꝰ in donatione ſimplici, L.ſancimꝰ,C.de
donat. † Itē donatio cēſet̃ ſemper excluſa, in qualibet 386.
libera adminiſtratione, L. filiusfam.§. i. ubi Bart. de
donation. facit regula, qui poteſt teſtari, poteſt mor-
tis cauſa donare, L. i. ſup. de tute. & rat. diſtra. & è
contra. Vltimo † ſubſtitutio nō habet locum in con 387.
tractibus, ſed in ultimis uoluntatibus: † in donatio- 388.
ne cauſa mortis, datur ſubſtitutus, L. ei cui, de dona-
tione cauſa mortis: propterea dicendum eſt merito
ius accreſcendi locū habere in donatione cauſa mor-
tis, & attendendo iuris effectus, dicitur donationem
cauſa mortis magis accedere ad naturam ultimæ uo-
luntatis, quam contractus, & hoc modo patet
reſponſio, ad ſup. adducta in contra-
rium, & argumento Barto. hic
quod omittit.

Et ſic ex his omnibus ad laudem Dei
Opt. Max. abſoluta ſit hæc
lex difficilima.

LAVS DEO.

ERRATA.

In titulo libri, pro, maxima, legatur maximè. In dedicatoria, fol. 1. pagina 2. uerſ. 7. pro, quali, leg. quali quali. In ead. dedicat. pag. 6. uerſ. 15, pro, nemini, leg. memini. fol. 7. pa. 1. uerſ. 10. pro, uis, leg. ius fol. 9. pa. 1. uerſ. 13. dictio, ad, abundat. fol. 15. pag. 2. uerſ. penult. pro, heredem, leg. hereditatem. fol. 30. pag. 1. uerſ. 24. pro, de L. i. leg. de lega. 1. fol 30. pag. 2. uerſ. 4. poſt dictionem, late, interponatur, Zaſius. fol 33. pag. 1. uerſ. 8. pro, qua, lega. quam. fol. 36. pag. 1. uerſ. ult. pro, diu, leg. dici. fol. 37. pag. 2. uerſ. 24. pro, coniuncti, leg. coniunctis. fol. 39. pa. 1. uerſ. 9. poſt ſuam, addatur, an. fol. 63. pa. 1 uerſ. 5. pro, ſubſtitionem, leg. ſubſtitutionem. fol. 73. pa. 2. uerſ. 1. pro, eſt, leg. &. fol 88. pag 2. uerſ. 14. pro, in, leg. ius. fol. 92. pag. 1. uerſ. 12. pro, utro, leg. ultro.

Ingolſtadij excudebat Alexander
VVeiſſenhorn, Anno
M. D. LXVIII.